Aegis idis munimentũ pectoris eneum cuꝫ gorgonis capite. Quod si a pectore numinis egis. Si in corpore hominis Lorica dicitur. Et a capra nomen deductuꝫ est: quia de corio eius fiebat. Et ideo Minerua habere Gorgon in capite dicitur: quia prudentia sua quasi alios særeos reddidit

Aegiochus dict⁹ est iupiter ꝙ corio capellę amaltheę vsus fuerit ꝓ scuto qñ contra Titanas dimicauit vt inquit Lactantius libro primo.

Aegides p. p. patronymicũ est ab egeo Thesei patre Ouidi⁹. Perfidus egides ducẽtia fila secutus.

Aegylos: est absscessus inter nares ꝛ angulũ maiorem oculorũ per quem pituita assidue distillat: ꝛ si negligatur ad ossa vsqꝫ debiscit in fistulã. Differt ab Aegylopeid quod Crithen hoc est Ordeum vulgo ordeolum appellãt: ꝛ galenus Posthiã Crithe absscessus est pusillus oblongusqꝫ sub ipsum palpebrę torulũ: hoc est vt ait Celsus super pilorum locum. Officit luminibus. Et qđ vocaꝫ ancylos siue ancyloblepharos quo palpebre coalescunt inter se: apeririqꝫ non potest oculus. Cui nõ admodum absimilis est morbus qui enchantis vocatur: in ipso angulo tuberculum quod palpebras parum deduci patitur. Sed ꝛ ĩ membrorũ articuli sic herent velut comprensi Ancyla et Ancylosis vocatur.

Aegina: pe. produ. fuit Asopi Boetię regis filia a qua vbs peloponeso adiacens contra Atticam Aegina vocaꝫ. Et a qua Aeacus eiusqꝫ posteri genus duxisse ferunt. De hac Ouidi⁹ li. vj. meta. Aeacus Aeginã genitricis noie dixit. Hinc Aeginenses dicti sunt.

Aegysthus Tyestis filius: qui a capris nutritus fuisse perhibetur.

Aegle nympha solis ex Neera filia: latine splẽdor vel ardor.

Aegloga penul. cor. caprarũ seu rerum pastoraliũ sermo dicit. Aegon eĩm caprarum: logos sermo dicitur Ut egloga sine diphton. electio vel explanatio elegãtia dicitur vt inquit Pli. lib. iiij. epistolarum. ꝛ Euse. lib. iiij. eccl. historię contra Cortelium.

Aegon: nomen pastoris ꝛ caprile significat. Quo etiaꝫ nomine promontoriũ lemni dictum est.

Aegocephalus penul. cor. vt Aristo. lib. ij. de animalibus inquit: auis est quę lyeng omnino caret.

Aegonomus pe. cor. caprarꝫ ductor qui ꝛ epolus dicit. οτι αἰξ αιγος και μελιω το βοσκω οθεν το νε

μος γουρεμος ĩmo locus aptus capris depascē dis:id ostendit propria deriuatio.

Aegolethron:herba in pontho alba/dicta a capris interimendis αἴγα greci capram nominant ολεθριον perniciosum:exitiale.

Aegoceros:otis vel egoceron pe.cor.aial:alio nomie capricornus dicit. Hiero.cõtra Ioui. Magna iniuria nuptiarũ:vt inter scorpios quidē z centauros et cancros z pisces z egrocerotas.i.capricornos vxorē maritũq; cõstituerint λεγεται οτι το κερα και αι Lu.Aegoceron cancrũq; renet.

Aegos thracie fluuius:ad cuius ostia classis atheniensium a Lysandro capta fuit. Pli.li.ij. Idq; factũ interdiu in thracie parte adegos flumen cuius loci Accole Aegopotamite nominant.

Aegypanes sunt nudi leues caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis siue pro syluestrib⁹ dijs coluerunt: quēadmodū Faunos syluanosq; Faunos ac Satyros nemorũ deos esse dicentes:panas agroz Syluanos syluarũ. Vide in dictiõe Satyri. Ouidi⁹. Sunt mihi semidei:sunt rustica numina nymphe. Et fauni satyriq; z monticole syluani. Quos qm̃ cęli nondum dignamur honore. Põp.mela scribit vltra athlātē Mauritanie mõtes noctu psepe visa lumia z crepit⁹ cymbaloz ac fistularum cantus auditos: nec die repertum quemq;.

Iccirco ꝓ ꝓstanti habitū:hos faunos esse acsatyros

Aeger a um:ab ago is:per contrarium: q̃ actione vacet:siue q̃ qui morbo corripitur est: grauius agitetur. Et dicimus hic est eger pedibus: et hic est pedibus egris. Valerius maximus li. v. dixit. Pulsu venarum cõperit cuius morbi eger esset.

Aegero es:eger sum:a quo Aegresco: quod magis est in vsu:eger fio. Plinius libro.x. Cozui ante solsticiū generant. Item egrescunt seragenis diebus siti maxime anteq; fici coquantur autumno.

Aegre aduerbium:significat molestē/dolenter: iniquo animo. Terentius in Hecy. Sed reprimam me ne egre quicq; ex me audiat. Item egre male:difficulter Virgi. libro.iiij. Geor. Ergo egre rastris terras rimantur. Columella libro.j. Seruos quoq; qui securi patrēfamilias sunt:non egre pedibus ingredi id est inuite vel difficulter.

Aegroto as.penultima ꝓducta. Infirmus sum: a quo egrotatio quę sic ab egritudine distinguitur: vt docet Hieronymus super Joel. q̃ egritudinem animi dicimus:alioquin corporis non egritudo/sed egrotatio dicitur. Idem ad Julianum diaconum. q̃q; ita me iugis tam corporis egrotatio q; animę egritudo consumpserit: vt morte imminente nec mei pene memor fuerim. Cicero. Sed proprie vt egrotatio in corpore sic egritudo in animo nominatur. Unde ipe libro.iiij. Tusc. diffinit quid sit egritudo. Stulta egritudo est qua afficiuntur: in malis opinatis animosq; dimittunt et contrahunt:rationi non obtemperantes. Inuenitur tamen eger dici etiam de corpore et egrotus de animo. Salustius. Antonius pedibus eger qui prelio adesse neq̃bat. Horati⁹ in Ser. Quo me egrotare putes animi vitio. Ab egroto fit coegroto. Hieronymus. Q̃ si ipa languerit coegrotandū est z nunq; ab eius lecto cedendum.

Aegrimonia:penultima correpta idem est quod egritudo Plaut⁹. in Ru. Tãtisper dum abscedat a me hęc egrimonia.

Aegyptus regio in aphryca:vel ſm aliquos aphrycę proxima ab egypto Danai fratre sic appellata prius eria dicta. Hęc reste Plinio libro.v. Ab oriente rubro mari: assyrieq; coniungitur: ab occasu Cyrenen et aphrycę residuum habet:a meridię vsq; in ethiopiam procedit:a septētrione habet mare egyptiū. Eius insignes vrbes sunt Thebe Abedos Alexandria Babylon et Mẽphis. In hac(vt Plato inqt) nunq; visum est pluere:sed nili inundatione secundatur. Eius figura triquetra est quam efficit nilus ita se diuidens. Ab egyptus fiunt adiectiua. Aegyptius a um:et egyptiacus a um.

Aegyptum penultima producta dicuntur ethiopes q̃ egyptijs sunt finitimi.

Aelius et elia nomina sunt propria rom.carent aspiratione.

Aelia regio in Asia inter Mysiam et Joniam. Est et vrbs quędam calabrię a qua elianus a um.

Aelurus:penultima producta:latine Catus z Felis dicitur. Aristoteles libro de aialibus. Eleluri z ichneumones tot numero pariunt quot canes. Aelianus elioꝝm mas quidam libidinosissimus est:fęmina autem amantissima prolis fugit coitum cum maribus quoniam semen mittunt calidissimū:z quasi ignē genitalia adurẽs. Hoc cernens mas cõmunem fętum dilaniat:illa ꝑ prolis desiderio mares libidine ardentes adit rursus. Hellius libro.xij. Aelurorum quoq; oculi ad easdem vices lunę maiores fiunt aut minores.

Aemiliam:gentem appellatam dicunt a Mamerto Pythagore philosophi filio cui propter vnicam humanitatem cognomen fuit emiles. Nam emiliam greci sermonis lepiditatem vocant. Hęc familia emiliana Romę honestissima fuit: a qua emilianus applatus est Scipio africanus minor: quasi emilij filius qui per adoptionem insertus fuit familię scipionum Aemilia via ab Aemilio consule dicta est quę a placentia ariminum vsq; perducta est:emiliana: edificia erāt extra Romā: de quib⁹ Cornelius Tacit⁹ plus infamię ad incendium habuit:qui a prędijs Tigilini emilianis prozuperat. Aemilia regio Italię quę z flaminea. Romandiola etiam dicitur. In qua sunt vrbes Ariminum Cesena:Sassina:Rauenna: Fauentia. Immola: Forumliuij: Bononia z Ferraria.

Aemonia:penultima correpta regio:quę postea dicta est Thessalia. Ab aemone Deucalionis filio: prius Pyrrhea dicta:a Pyrrha Deucalionis vxore. Aut dam tamen cum aspiratione scribunt Hemonia.

Aemulo:: penultima correpta (vt Apulei⁹ inquit) ab amo descēdit: vnde z primam vocalem accepit:amare significat inuidere per antiphrasim. Aemulari igt tur:inuidere est a contrario sensu: vt in actibus apostolicis. Et patriarchę emulantes Joseph vendiderunt in egyptum. In Esaia: Effraim non emulabitur Judam:et Judas non pugnabit contra Effraim Aliquando emulari significat imitari. Unde emulus dicitur eiusdem rei studiosus et sectator:: hoc est qui aliquem imitatur z sequitur: quod non nisi amore fieri potest. Cicero pro Marcel. Illo emulo atq; incitatore studiorum meorum atq; laborum. Differunt tamen emulatio z imitatio: q̃ imitatio simplex est et liuorem non admittit: emulatio autem habet quidem imitandi studium:sed cum malicię operatione:licet hoc sine vitio esse possit vt cum meliorem videamus conamur non inuidia/sed amore ipsius virtutis reddere nos pares aut superiores. Unde est illud. Stimulos dedit emula virtus. Aliquando emulari est participem esse: vt Moli emulari in malignā

Aenaria insula a statione nauium eneę dicta: (tibus. vt ait Plinius. Hęc et Inarię dicitur pithecusaq;. Nunc Ischiade nomine oppidi coxendicis imaginē pręferentis in monte.

Aenna ciuitas est in meditullio z vmblico Sicilię collocata quę cum ob pręfecti seuitiam a Romanis desciuisset: Qui ad cõcionē cõuocatos ennęses vltima internętioe clā submissis militibus armatis deleuit.

Aeneas penultima producta/nomẽ viri troiani a Virgilio celebrati dictus Aeneas/ vt quidam putant ab αἰνεω εἰς, qõ est laudo. Nam αἰνος laus latine dicitur: qui tamen procedere non poterunt in rei veritate sic (non dico citemus totam greciam) sed vel solum versiculum Homeri adduxerim⁹ quem volo legant. Ἰω Δε και ερειασ ορομεσ σεσαι και τα λοιπα. Ab Aeneę dicti sunt eneade Troiani.

Aenea vbs in regione Cressia. Liu. in libro quadragesimo. Proficiscũtur a Thessalonica Aeneam ad statutum sacrificium.

Aeni vt auctor est Ptolomeus: insula est iuxta arabicum sinum.

Aenus genus vasis: ab ere quod et Lacabus siue caldaria dicitur. Diuiditur quandoq; diph. per diere/sim: et tunc vt Ser. docet aspiratio interponitur/vt apud Horatium: Sub noctem gelidam lignis cale/factat ahenum. Virg. Aut solijs vndã tepidi despumat aheni. Huius diminutiuũ est Aenulus.

Aeneus enea eneum penultima correpta. Idem est qõ greus: et similiter diresim quandoq; patitur. Horatius in epistolis. Si recte facies hic murus aheneus esto. Aliquando ponit pro forti. Horati. Inclusam danaen turris ahenea.

Aeneatores dicti sunt tubicines ab aenea tuba. Amianus lib. xix. Cum supesset exiguum noctis aeneatorum clangore ductore vrbem vt mox caligine terribili corona cinxerunt. Et libro xxiij. Aeneatorũ accentu signo dato pgrediendi ad pugnã ad arma pcursũ est.

Aenobarbus dictus est Domitius qm̃ Castor et pollux cum de victoria nunciarent Domitio: ipsiq; minime credens narrantibus esset malas barbaq; manibus pmulserunt et ex fusca in flauã puerterũt. Vñ a barba rutila eneiq; coloris enobarbi dicti: Quod post ea Domitiorũ cognomen fuit.

Aenigma atis. obscura allegoria vel questio obscura quę difficile intelligitur nisi aperiat: vt illud in libro Judicũ. De comedente exiuit cibus: et de forti egressa ẽ dulcedo. Ab αἰνισσω obscure loquor innuo. Innuitur enim quiddam quod pluribus explicandum est. Hinc Aenigmatistes qui enigmata facit seu proponit. Hiero. contra Joui. Sed quid ad nostrum. αἰνιγματιστην enigmatisten cuius libros multo difficilius est nosse q̃ vincere. Huius significatiõis est Aenigmaticus.

Aeolus penultima correpta Jouis filius: a quo Aeolia: et ventorum rex appellatur latine varius siue dolosus dicitur.

Aeolia regio dupler est. Una in Asia grecorũ colonia media inter Mysiam et Joniam. Alia ab Aeolijs septem insulis intra Siciliam et Italiam quarũ nomina sunt hęc Hiera Strongile Didyme Eriphusa Phenicusa et Enonymos. Stra. lib. vj. Plyni. lib. tertio Solinus mella de Aeolijs quę alijs nominibus a nostris vulcanie: ephestiades a grecis nuncupãtur. Dicte eolie ab Aeolo Jouis filio. Dicit etiã lipara a liparo Ausonis regis filio qui eã ante eolũ rexit. Hinc Aeolium mare dictum ẽ quod Asiatico littori adiacet ab Aeolijs pulsis olim colonis. Maz antea mysium dicebatur.

Aeon grece: Aeuum latine dicitur.

Aepolus penultima correpta Lapzarius: Aepolium Lapzarum grex.

Aepy vbs Nestoris in montibus sita. Nam Aepy sublime denotat. Aepys altus.

Aequus a.um. planus ab aqua: q̃ equam superficiem habere videat ita vt imaginẽ tanq; speculũ reddat. Per translationẽ ponit pro iusto: quia nullã in partẽ inclinatur. Equus p animali nõ diphthongatur.

Aeque adverbium significat iuste. Senec. Juger qui parte inaudita altera aliquid statuit etiã si eque statuerit: haud equus fuit. Interdum significat tam vel tñ vl similiter: vt Tu es eque bon⁹: ac doct⁹. Suet. in Cel. Mihil eque ac iudicis acerbitas pfuit. Virg. lib. ij. Geor. Negant alios eque serpentibus agros Dulcem ferre cibum.

Aequo equas explano. Plyni. Aequato deinde pauimento infunditur oleum. Et aequare est cum equitate diuidere. Virgil⁹. Operumq; laborem partibus equabat iustis. Aliquando continuare. Idem. Felix si protinus illum equasset nocti ludum. Huius composita Adequo/coequo/exequo/et pequo: quę sñ sñpositiones significant.

Aequamentum equatio est quod et libramẽtum dicit. Nam equimentum aliud significat.

Aequanimis penultima cor. qui est equi animi: qui nec prosperis extollitur: nec aduersis frangitur. Hinc equanimitas quę est fauor et ppitius animꝰ. Terẽ. in Adel. Facite vt eq̃nimitas vestra poetę ad scribẽdum augeat industriam Aequaniniter moderate: patienter: equo animo.

Aequitas: modo planiciem: modo iustitiam significat cuius contrarium est iniquitas.

Aequeuus/coetaneus/ab equalitate qui dicitur.

Aequalis/planus. Unde equalis campus. Qñq; pro simili ponit et exequo. Plyni. Cum et ipse equalem fortunam expertus fuissem. Quãdoq; p coetaneo. Cicero in Cato. Nec cum equalibus solũ qui pauci admodũ restãt. Differũt tñ ab inuicẽ q̃ equales sunt eorundem annorum. Coetanei in eodem tẽpore sed diuersis annis et disparibus: vt Cicero et Augustus fuerunt coetanei/licet Cicero maior natu fuerit: sed non equales. Hinc equalitas similitudo: paritas. Aequaliter: similiter pariter.

Aequabilis idem quod equalis. Cice. Et vox reducit in sonum quendã equabilem atq; constantem.

Aequilaneum: ex toto dimidium significat: dictum a lotione lanę que dicit equilaneo redire cũ dimidium decidit sordibus.

Aequimanus penultima cor. qui vtraq; manu vtitur et ita leua operatur sicut dextra.

Aequilibriũ equatio libręq; quod et equamentũ et libramentũ dicit. Trutina cũ pro bilancis seu statere lingua/sumit. Gel. Nam cui mẽbrũ ab alio ruptũ est si ipse itidẽ rũpere p talionẽ velit: quero an efficere possit rũpẽdi pariter mẽbri equilibriũ. In qua re primũ ea difficultas ẽ inexplicabilis Quin si mẽbrũ inquit alter imprudẽs ruperit. Quod eñ per imprudentiã factũ est retaliari per imprudentiã debet.

Aequinoctiũ ex equalitate noctiũ dicitur/ q̃ tunc dies et nox horarum spacio equales sint. Duo sũt autem equinoctia vernale. s. et autũnale: vernale fit quarto Idus Martias vel circa. viij. Calendas Aprilis et in octaua parte Arietis conficit: autumnale decimo octauo Calendas Octobres ad vergiliarũ occasum diebus. xl. quia annum olim in duas tantum partes diuidebant hoc est in estiuum et byemale solstitium. Ab equinoctium fit adiectiuum equinoctiale: vt tempus equinoctiale.

Aequidiale dictum ab antiquis/qõ nũc dicimus equinoctiale: quia nox diei potius q̃ dies nocti annumerari debet. Sic etiã equidium qõ nũc equinoctium.

Aequipolleo les. p dupler ll. parem potestatẽ habeo. Unde equipollentia equiualentia.

Aequiparo as. penultima correpta significat cõparo siue equo.

Aequiualeo equiuales equiualet/ penultima correpta quasi eque possum.

Aequiuocum penulti. correp. est qõ greci dicũt homonymon: et a Martiano vocatur pluriuocũ: quando

pluribus rebus eadem est appellatio.

Aequor ab aqua nomen deductum ꝙ equam superficiem habeat: cū non fluctuat/et ꝓprie dendat superficiem. Ambro. lib. Hex. Et cū sit altitudo diuersa indiscreta tamē dorsi ei⁹ equalitas. Vñ ⁊ equor appellatū arbitror ꝙ superficies ei⁹ equalis sit: quia aquę licet fluctuātes velut mōtes eriganť: sedat⁊ tñ surſū tēpestatibus adequanť. Hinc dicim⁹ equora campi et equoris ponti. Cic. lib. ij. Acad. Ab equo. i. plano vocabulū accepisse cōfirmat: ꝙ tā plane videť ēs mare equum. De campo Virg. lib. iij. Georg. Ac ꝓius ignotū ferro ēs scindum⁹ equor Idem: De mari equora ponti. Nec solū de mari sed etiā de fluuio dicitur: vt apō eundē Viridesc̄ secāt placido equore siluas. Accipiť tamē qñq; ꝓ ipō mari: vt Bis denis ph⁹y gium conscendi nauibus equor. Quādoq; ꝓ aere: Aspice bissenos volitantes ęre cygnos. Abequor sit Aequoreus a. um.

Aer ꝓprie dicitur medium spatiū inter cęlum ⁊ terrā. Est cūm inanitas plurimū habens ad mixtū raritatis ēs cetera eleēmta. Virg⁹. Longa perinanes Dictus aer απο του αιρειν ab eo ꝙ ferat terrā: vel ꝙ feratur. Sz credo potius dici απο του αηρ οτι αηιμι το ωρεω vnde ꝓducit vltimā. Luc. lib. j. Aer et longi voluēt titana labores: q̄ corripiūt ipsi viderint te: nec Claudian⁹ dicit: Lucid⁹ vmbroso miscebitur aer auerno: quia sensus esset contrarius ⁊ syllaba falsa: sed dicit Aris vel orbis. Hic autem aer partim ad terrenam partim ad cęlestem materiā pertinet. Nam ille subtilis vbi ventosi ac ꝓcelloſi motus nō possunt existere ad cęlestem ptinet partem: iſte vero turbulentior qui exhalationibus humidis corporescit terrę deputať quicq; ex se multas species reddit. Nam commotus vēctos facit: vehemētius ꝓcitatus ignem ⁊ tonitrua: cōtractus nubila: consp̄issatus pluuiā: cōgelat⁊ nubibus niuem: turbulentius congelantib⁹ densioribus nubibus grandinē: distentus serenū efficit. Dilatatq; a terra: vt inquit possido. stadijs. xl. Aliqñ aer dicit ventus/spiritus/vel flatus modicus. Virg. Aera dimouit tenebrosum et dispulit vmbras. Aliqñ dicit sonus. Var. Anima vt cōclusa in vessica qñ est arcte ligata si perculeris aera reddet.

Aerius a. um. per i. vel aereus per e. modo significat altum: vt aerea turris: modo quod constat ex aere vt corpus aerium: fulgor aerius.

Aeripes penultima correpta celer quasi aerios pedes habēs. Quidā tñ cōpositū nomē putant ab ēs eris. Virg⁹. Synęresin fecit. Fierent eripidem ceruam.

Aerope penulti. correp. Atrei uxor ex qua Thyestes duos filios suscepit. Et non est diphthongus. Nam scribitur a grecis αεροπη. Ouid. lib. ij. de trist. Si nō Aeropem frater sceleratus amasset. Conuersos solis non legeremus equos.

Aerumna απο του αιρω ero leuo tollo. ꝓprie erumnę dicuntur furcimule quibus viatores sarcinas suas religatas tabella interposita ferre ꝓsueuerint. Quę qñ a Mario instituę/sūt Muli mariani postea vocatę. Hinc factum est vt labores onerosi erumnę dicātur: vnde berculis erumna. Similiter erūna dicit miseria/calamitas/infelicitas. Unde erūnosum dicitur quod est laboribus ac miseriis afflictum. Cicero libro. ij. de fi. Aerumnas maiores nostri labores nō fugiendos nominauerunt.

Aes eris sumitur ꝓ omni metallo sed ꝓsertim ꝓ eo quod est coloris rubri: deductum nomen putant aliqui ab auri similitudine. Alij a greco deriuant απο terra. Var. ab asse. Accipiturq; pro pecunijs qñ es fuit in precio magis aurumq; iacebat vt ait Lucre. Māc (versa vice) iacet es: aurum summo succeſſit honore. Et primo ex ere pecunię signatę. Ouidius in Fast. Aera dabant olim melius nunc nomē in auro est. Victaq; ꝓcessit ꝓisca monera nouę. Lato. Fundum eribus suis emptum possidebant Seruius rex primus post vrbē conditā signare es cepit: cuius in altera parte nota fuit Janus gemin⁹: ex altera rostrū nauis. Mā q; Saturnū classe deuectū hospitio Janus acceperat: ⁊ ab illo peritiā ruris edoctus feram illā ac rudē añ fruges cognitas vitā in mel⁹ redegerat regni eū consociū fecit: ⁊ qñ naui fuerat aduect⁹ in signādo ere: ex vna quidē parte sui capitis effigiē ex altera nauis rostrū impressit: vt quantū in eo esset Saturni memorię cōsuleret: ne accepti beneficij immemor esse videretur. Ponitur etiam quandoq; ꝓ tubis: quoniam ex ere fiunt. Virg. Aere ciere viros. Unde eneatores tubicines dicuntur.

Aereus rea. um. quod ex ere est sicut Aheneus.

Aera e. numeri nota est puta in moneta notabať nūerus quem valebat. Lucil. Hęc est ratio peruersa era numeri est subducta improbe. Astrologi quoq; initium a quo supputationes incipiunt eram vocant. Dicta era ex eo ꝙ omnis orbis es reddere profeſſus est reipub. Aera etiam greca dictio est quę apud nos liū significat vt inquit Dioſco. Hinc erineus a. um. ꝙ ex ere factum est. Dioſco. Panis vero cum melle et erinea farina. i. loliacea.

Aerarius a. um. quod est eris siue ex ere. Plyni. libro xxiij. Laudationē eandē in erarijs metallis et ꝓximam in argentarijs fieri compertum est. Inde

Aerarij tribuni a tribuendo ere. Nam vt Var. scribit. Tributa erat eis pecunia quam in litibus redderēt. Idq; quod attributū: dicebať es militare.

Aerarij milites dicti sunt ab ere ꝙ stipendium faceret: es enim stipem quoq; dicebant. Unde stipendium.

Aerarium. eris repositorium: hoc est nummorū simili umq; rerum preciosarum atq; opum: quę vtilitatem reipub. allaturę erant: sic dictum ꝙ era in eo principaliter inferebantur.

Aero as. significat es misceo: ere adultero/siue ere orno. Unde grate fores apud Virg. Priſ. A metallorum quoq; nominib⁹ soleant nasci verba/vt ab auro. auro as. ab ere Aero as: vnde auratus et gratus. Hui⁹ verbi cōposita sunt Obero ⁊ subero. Persi⁹. Mequa suberato mendosum tinniat auro.

Aerosus a. um. ex quo es fit. vt Lapis erosus quē alio nomine Cadmiam nuncupant. Et erosa ab antiquis Cyprus insula dicebať: ꝙ in ea plurimū eris nascit: vel ꝙ primo ibi inuentum sit es.

Aerificium quod ex ere factum est. Var. Politę enim quasi erificię videbantur.

Aere diruti: milites vocabantur quibus ꝓpter ignominiam stipendium subtrahebatur.

Aeruscare veteres dixerť ꝓ pecunias vndiq; colligere

Aerugo penul. pro. idem quod rubigo: et ꝓprie in ere vel argēto ⁊ viridescit. Rubigo vero in ferro ⁊ segetibus de quo loco suo Plyni. lib. xxiij. refert era extersa celerius rubiginē trahere ēs neglecta: nisi oleo perunganť. Eruginis in medicina magnus vsus cuius vis est colirijs oculorū aptissima. Apud Horat. et Iuue. accipitur erugo pro pecunia quę ex ere fit. Hic eruginosus a. um. Sen. lib. de breui. vitę Hactorem dierū partē in eruginosis lamellis consumit.

Aes nostrum dicitur quod nobis alij debet. Aes alienum quod nos alijs debem⁹. Aes suum quod alij et de quo loquimur debent.

Aes militare dicebatur quod tribunis erarijs attribuirum erat vt militibus redderet. Plau. in Aul. Cedit miles: es petit.

Aes ductile: quod facile ducitur attenuaturq; in lamnas. Aes caldarium quod funditur tantum: et malleis frangibile est.

Aeschines penulti. producta nomen ꝓprium oratoris greci demosthenis emuli. Fuere etiam alij septem hoc nomine vocati.

Aeschylus penul. cor. nomẽ poete tragici. Horatius. Post hunc personę pallęq; repertor honestę. Aeschilus et modicis instrauit pulpita tignis. Hic cũ esset caluus ⁊ in aprico forte quiesceret: testudo ab aquila in altum delata cum decidisset: caput eius confregit interemitq;

Aesculapius: nomen est Appollinis filij: qui medicinę artẽ vel laude vel opere ampliauit. Ob eamq; rem in deorum numerum receptus fertur: cuius duo filij Podalyrius ⁊ Machaon bello troiano Agamẽnonem secuti non mediocrẽ opẽ cõmilitonib⁹ attulere.

Aesculus arbor glandifera cuius fructu cũ in primeua ętate homines vescerenť: ab edo ꝑ comedo deduci putať: ꝯuis edo primã breuẽ habeat quidam tũ sine diphthongo scribũt ab esca nomẽ trahentes: ꝙ ante vsum frumenti hęc arbor mortalib⁹ victũ prębebat. Hinc Aesculę⁹ a.um. Palla. Asseres querne cũ esculeis non misceanť. Aesculũ neutri ge. et sine diphthongo ciuitas in agro piceno.

Aesis ciuitas vmbrię a qua Aesinates populi. Ply. lib. rj. Caseũ inquit esinatez ex vmbria. Prol. quoq; hanc vrbem ęstam ab est fluuio nominat.

Aesopus pe. produ. nomẽ fabulatoris clarissimi. Inde Aesopianus Hic. Iuxta Aesopianam fabulã. Hic miser vita/miser morte/et miser forma: vnde Vari. Planud⁹ de ipo ita scribit αισωποσ το μεργεροσ εξ αμορι ουησ φρυγιασ ἱερ λεῦχην/γεγονε δου λοσεῦχαρ ελεων ουμορον δουλοσ αλλακαι δυσει λεσβα τα τουέπαρ του παυσον ἀρθρωπορ ει χε και γαρ θοξοσ ην σιμοσ ἱηρριν ασιμοσ τον ἱραχηλον προχειλοσ μελασ οθερ καὶ του ορο ματοσ εῦχε ταυτον γαραισω ποσ τω αἰθιοπε.

Aestimo as. penulti. cor. significat appręcio taxo compositum ab es ⁊ τίμη ꝓcium quasi ęre taxo. Et cõstruitur cum ablatiuo: vel genitiuo horum nominũ tanti/quãti/quãtiuis/tantidẽ/quãticũq;/magni: parui/pluris/minoris/maximi/plurimi/nihili: et si qua huiusmodi reperianť: licet etiã ablatiuis horũ noim sine substantiuis iungi huic verbo inueniant. Boe. in prolo. lib. topi. Ingratũ quidez si magna trebatij merita quibus ipse vsus fuerit paruo estimare videretur cũ nullã eis gratiã restituẽdã putaret. Hier. in Leui. Si statim ab anno icipiẽtẽ iubilei vouerit agrũ quanto valere potest: tanto estimabiť. Frequentius tñ cũ genitiuis iungiť. Lice. lib. Acad. Alia pluris esse estimanda alia minoris. Liu. Utrunq; casum cõplexus est mancipia minora annis. xx. quę post priorium lustrum decẽ milibus eris aut plurẽ venissent: ea quoq; decem tanto pluris q̃ quanti essent estimarentur. Similem significationẽ habent: pendo: facio curro est/interest et refert cum ꝓcium iungitur: qz ꝓ to estimo/siue estimatur ponũtur: vt parui facio nihili pendo ⁊ huiusmodi. Inuenitur etiã estimo sine ablatiuo vel genitiuo. Hieroni. in Leui. Si pauper fuerit ⁊ estimationem reddere nõ valebit: stabit coram sacerdote/et quantum ille estimauerit: tñ dabit. Sciendum quoq; in sacris litteris vt Fulgentius docet duobus modis estimatio poni solet. Nã qui aliquid certissime scit: et qui putat aliquid esse quod non est estimare dicitur. Ad estimationem incerte sciẽte seu cognitiõis pertinet quod dicit Aestimabat se visum videre. Nomine autẽ estimatiõis certissima scientia ponitur in libro sapientie. Scit preterita: de futuris estimat id est certissime scit. Et aplus. Estimo ꝙ nõ sunt condignę passiones huius temporis ad futurã gloriã. i. certe scio. Ab estimo fit existimo diphthongo in i longam conuersa: quasi ex ęstimatione statuo atq; decerno. Prius cũ rem estimamꝰ. i. ꝑsideramꝰ deinde qualis sit estimamus. i. iudicamus. Terenti. Nam ea res dedit existimãdi copiã quotidiane vitę ꝑsuetudinẽ. Quinti. Velauit ei caput ⁊ suo cuiusq; animo dedit estimandum.

Aestimabile quod facile estimari potest: Cuius cõtrarium est inestimabile.

Aestas significat tempus quod incipit ab equinoctio vernali et finitur equinoctio autumnali constatq; sex mensibus: et totus annus in ęstatem hyememq; diuiditur. Particularius tamen ponitur ꝓ quarta anni parte: hoc est ꝓ tribus mensibus qui incipiũt sole cancrum ingrediente. Nam sole ingrediente libram autumnus est: ingrediente capricornũ hyems ingrediente arietem ver.

Aestiuus a.um. penul. pdu. qđ est ęstatis. Greg. Aestiuũ tẽpus qđ corpori meo valde contrariũ est.

Aestiua dicuntur loca vmbrosa nemorosa in quib⁹ per ęstatẽ vitatur solis ardor. Sta. Et vmbrosi patuere ęstiua lycei. Q̃q; ponit ꝓ ipsis gregib⁹ in ęstiuo cõmorantibus. Virgili⁹. lib. iij. Georg. Nec singula morbi corpora corripiũt: sed tota ęstiua repẽte. Q̃q; ęstiua appellanť loca in quibus ⁊ armenta ⁊ greges ⁊ milites ęstate sunt: sicut hyberna vbi habitant hyeme. Q̃q; vocantur quę ęstate fiunt. Plyni⁹. lib. xviij. Aestiua ęstate quę ante vergiliarũ exortũ serunture: vt milium panicum.

Aestiuo as. sicut hiberno: et est ęstiuare propter ęstum euitandum alicubi morari. Plynius libro. xij. Intra sepem eam ęstiuant pastores opacam pariter ⁊ munitam vallo arborũ.

Aestus us. calor ⁊ solis flagrantia. Virgi. lib. iij. Georg. Aestibus in medijs vmbrosam exquirere vallẽ. Ponitur interdum ꝓ ęstuo tempore. Idẽ. Prorupisq; ęstus incẽdia voluunt. Inde per trãslationẽ. ęstus q̃q; dicit desyderiũ/cupiditas/libido/amor: ⁊ huiusmodi. Preterea ęstus vocať impetus marinꝰ vel cõmotio: ꝙ feruore quodam id fieri videať: nam ẽ maris accessus vel recessus. i. inquietudo. Sic etiã dicitur vis ventorum procella vel fluctus. Plau. in Asi. Quo magis te in altum capessas: tam ęstus te in portum referet. Lucre. lib. iiij. Frigus vt a pluuijs calor absolet ęstus ab vndis.

Aestuo as. feruco/flagro. Ambrosi. Psalmi de torcularibus inscribuntur eo ꝙ in his mysteria dominicę passionis spiritusancto feruente ardentius ęstuarũt. Aliquãdo ęstuare est fluctuare agitari. Aug. lib. viij. de ciui. dei. Omnes turbellas ⁊ tẽpestates animi q̃b⁹ demones ęstuare atq; fluctuare asserit nos vera religio deponere iubet. Huius cõpositũ est exęstuo qđ est extra ęstuo exẽdo incremẽto. Virg. Fundoq; exęstuat imo. Iust. lib. j. Quę materia in illis locis passim e terra exęstuat Hierony. Ad coitũ semp exęstuant. Sue. Fossas omnes quas vilus exęstuat oblimatas longa vetustate militario opere deterśit.

Aestuosus a.um. qđ est calore plenũ. Colu. lib. iiij. Cęlũ neq; niuale: vinea nec rursus ęstuosum desiderat.

Aestuaria loca dicuntur per quę mare vicissim tum accedit tum recedit: siue quę marinis aquis referta sũt ex inundationibus pelagi. Plyni. lib. iij. Illirici ora mille amplius insulis frequentať natura vadosi maris ęstuarijs tenui alueo intercursantibus clare ante ostia timaui calidorum cum ęstu maris crescentium iuxta istrorum agrum.

Aetas grecum est αἰωναἰωνοσ inde latine euum qui cuitas etas ꝑ syncopã: sed etas plerũq; generaliter dicit: vt etas senectutis: etas iuuẽtutis. Sex esse sunt hoim etatẽ grad⁹. Infantia/pueritia/adolescentia/iuuẽtus/grauitas/atq; senectus: in his ser spacijs

philosophi vitā descripserūt humanā quib⁹ mutat̄ ⁊ currit ⁊ ad mortis terminū peruenit. Var. quinq; gradus facit. In primo vsq; ad annū. xv. pueros dicos: q̄ sint puri. i. impuberes. Scōo ad trigesimū annū adolescentes ab adolescendo nominatos. In tertio q̄ erat vsq; ad quadraginta annos iuuenes appellatos: eo q̄ reimpub. in re militari iuuare possent. In quarto autē gradu: vsq; ad seragesimum annum seniores nūcupatos: q̄ tūc corpus senescere incipiat. Inde vsq; i finem vitę vnius cuiusq; quintū gradum factū: in quo qui essent senes appellatos: q̄ ea ętate corpus iam senio laboraret. Horū tñ singuli tripharia diuidunt vt prima pars viridis sit: deinde adulta: postea preceps. Unde Virg. Viridisq; iuuēta. Alij aliter diuidunt etates. Ętas vero mūdi. Prima ab Adam vsq; ad noe. Secūda a Noe vsq; ad Abraā. Tertia ab Abraā vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad trāsmigrationē Judeę in Babyloniā. Quinta deinde vsq; ad aduentū saluatoris i carne. Sexta quę nūc agit̄ vsq; quo mūdus iste finiat̄. Interdum etas accipit̄ pro anno. Virg. Ubi quarta accesserit ętas. Var. Ętatē vir decimā egressus. Interdum pro. xxx. annorū spacio. Cice. Tertiam iam ętatē hominū viuebat. Sic Plu. ostendit ętatē esse spacium. xxx. annor̄ secūdū heraclitū. Inter dū ꝓ centū annis. Quid. Annos vixi bis centū: nunc tertia uiuit ętas. Pomē et pro quouis tpe humanę vitę longissimo. Dicitur q; ętas vt inquit Apul. per syncopam quasi quitas ab quum. Greci ętates γηρεας dicunt: ętas mala dicta est senect⁹. Plau. Cōstitus sum senectute onustum gero corpus: vires reliquerūt vt ętas mala est moris mala ē: ergo ecōtrario bona ętas Juuēctus appellat̄. Cic. Quod seipsis voluptatib⁹ bona ętas fruit̄ libentius primū paruulis fruit̄ rebus.

Aetate aduerbium significat diu. Plau. Ętate ambo ambobus sint obnoxij. Idem Ętate velim seruire libanum: vt cōueniam modo.

Aetatula diminutiuū. i. ętas modica.

Aeternus quasi euiternus: perpetuus a quo sempiternus: quasi semper eternus. Aeternitas perpetuitas. Differunt tñ eternum ⁊ sempiternum q̄ sempiternū dicunt deum esse qui semp fuit/eritq; Aeternos homines qui principiū quidē habuerint ⁊ tamē animo sunt immortales/atq; perpetui.

Aeterno as. perpetuū facio. Varro. Litteris q; aclaudibus eternare: Sūt tamē qui eternus ⁊ eterno aspirent quando ab etherea deducant.

Aera nomen est montis in thessalia.

Aethalia insula in ligustico mari. Vide infra in dictione ethalia.

Aetiologia causę redditio. Nam αιτια causa est ⁊ logia ratio. οτι αιτια και αιτιαομαι και απο του λεγω λογος ως απο του τρεχω τροχος.

Aether summus est vbi stelle sunt. Grece αιθηρ ponitur ab aliquib⁹ pro elemento ignis. Nā ꝑm Var. Celum diuiditur in ethera et aera. Terra in aquam et humum: e quibus summum esse ethera: secundum aera: tertium aquam: infimā terrā esse scribit. Augu. libro. viii. de ciuitate dei Aether longe a terra altęq; suspensus: aer vero etheri terręq; contiguus. Ouidius libro. j. me. Hęc superimposuit liquidū ⁊ grauitate carētem Aethera nec quicq̄ terrenę fecis habentem ab αιθω ardeo. Gnarag. Aetheris nomine ignem significauit q̄ superiora igne plena sunt. Aristoteles de cęlo dixit et αει semp et θεω voluo curro quasi perpetuā volubilitatē indicet. Nam lib. j. meteorologię sic scribit. Corpus em̄ cyrculare semper curreret: simul diuinū quippiam ineisse opinātes Aetherem notari statuerūt. Un̄ Ouid. ad Cesarem.

Sic habites terras: vt te desyderet ether. Alij accipiunt ꝑ aere. Apul. Aqua/tellus/ether/ignis. Virg. Resonatq; fragoribus ether. Ab ether fit Aetherea us a. um. Idem Aetherea quos lapsa plaga Jouis ales aperto Turbabat cęlo.

Aethera e. gener⁹ femini: nominatiuus formatus ab accusatiuo greco. etherem vel ethera: sicut lampas lampadem vel lampada. hęc lampada. Thorax thoracem vel thoraca: hęc thoraca. Et ponitur ꝑ aere. Unde canimus: Quem terra pontus ethera colūt: adorant: prędicant.

Aethra e. splendor etheris/et ꝑ aere ponitur. Virgili⁹ libro. iij. Nam neq; erant astrorum ignes: nec lucidus ethra Sydera polus. Hoc etiā nomine dicta ē thesei mater. Alia fuit mater pithei: de qua Ouid. in epistola ariadnes.

Aethrusci dicti sunt: vt quidā putant ab Aethria ciuitate quā Diomedes cōdidit. Postea atria dicta siue απο του αιθρας και ασκειν ꝓpter augurioꝝ peritiā quasi de cęlo seruātes ⁊ exercentes ethera. Alij απο του αιθρας ethras quę serenitatē significat maxime q̄ ethruria ab oīi aer caligine nebulaq; remota videat̄. Seruius vero hetruriā dicit esse Italię prouinciā q̄ eius fines ꝓtenst sunt vsq; ad primā ripam tyberis Veteron em̄ alterum. ορος finis dicitur. Roma em̄ antea vnā tantū tyberis ripam tenebat. Unde Juue. Imperij fines tyberinū virgo natauit. Liu. lib. j. Pax inter hetruscos ⁊ latinos ita cōuenerat vt hetruscis latinisq; albula quam nunc tyberim vocāt finis esset. Sūt tamē qui fine diphthongo ⁊ sine aspiratiōe scribant quoniam prima eius dictionis corripiat̄. Var. Quātū sollicito fortuna parentis hetrusco.

Aethiopia: vt auctor ē Ambrosi⁹ lib. de paradiso vilis et abiecta latina interpretatiōe significatur: ab ethiope Vulcani filio cui ꝑfuit sic dicta vt ait Ply. Vel a greco αιθω cremo ωψ ops aspectus facies. Nā solis vicinitate torret. Est em̄ ibi iugis estus. Quicquid eius est sub meridiano cardine est Circa vero occiduum montuosa est/arenosa in medio. Ad orientalem plagam deserta. Cui⁹ situs ab occiduo atlantes montes ad orientē vsq; in egypti fines porrigit. A meridie oceano. A septētrione nilo flumine clauditur: plurimas habens gentes diuerso vultu et monstruosa specie horribiles. Ferarū quoq; et serpentū referta est multitudine. In ea em̄ rhinoceros cameleon: pardus: basiliscus: draco ingētes. Quidam bifariam diuidunt ethiopiam et vnam quidem asię: alteram africę assignant. Altera ad orientem vergit: altera est sub ipso meridie.

Aethiops Vulcani filius: qui a se ethiopiam denominauit. Et ethiops dicitur qui ex ethiopia est: qui et ethiopicus: ⁊ ethiopus ꝺr ꝑm Ser. necnon ⁊ ethiopissa. Sunt qui ethiopes dictos putent a Cus filio Cham. Cus enim hebraica lingua ethiops interpretatur. Hi quondā ab indo flumine consurgentes iuxta egyptū inter nilum et oceanū in meridie sub ipsa solis vicinitate insederūt: quorū tres sūt populi hesperi garamātes ⁊ indi. Hesperi sunt occidētes: garamantes tripolis: indi. orientes.

Aetna mons Sicilię perpetuo clarus incendio a poetis decantatus. In cuius ascensu est opidū eiusdem nominis quod mōrem ascensuros excipit atq; transmittit: multumq; distat ab Enna ciuitate cum mons littori adiaceat catanēsi. Enna vero in medio insulę sit constituta. Quare autem Aetna flāmas euomat: Trogus lib. iiii. explicat. Sicilia terra est cauernosa ⁊ fistulosa: quo fit vt ventoꝝ flatib⁹ pateat. Un̄ ignis ꝯcipit: intrinsec⁹ sulphur habeē et bitumē vbi vent⁹ ꝑ spiramēta cauernarū incūbit diu luctatus concipit ignē Sic etnę durat incendiū. Motus ergo ventoꝝ

causa incendij est. Ab etna sit etneus a.um.

Aetolia grecię regio in tertio sinu europę epiro arcananię et locris finitima greci αἰτωλίαν dicunt vnde debet scribi sine h: dicta ab Aetolo Martis filio Hinc etolus a.um. penul. pro. Stir. lib. j. Non erit aurilio nobis etolus et arpi Similiter. Aetolicus: vt ager etolicus.

Aethon equus Phebi dictus est: siue Hectoris: fuere autē vt in fabulis ferē quattuor equi solis: phlegon. s. pyrois/heous/z ethon quib⁹ significanē quattuor diei horę. Nam flego inflāmo significat. Pyrois ardēs: heous splendēs/ethon ardens vel splendidus.

Aeuū grece αἰων proprie tempus et etas longa siue perpetua u. interiecta vt inquit Apul. Inde euitas z euiternus p̄m Prisicianum quod per syncopā etas et eternus dicitur pro senectute longeuitateq̄. Hinc deducuntur coeuus equeuus grandeuus longeuus et primeuus.

A Ante F

Affabilis penulti. cor. ex ad et fabilis: qui se facilem ad audiendum prebet: hinc affabilitas.

Affatim aduerbium prima non media acuta: vt Quintilian⁹ lib. iiij. docet: significat abunde: hāc nō dicibiliter. Li. Affatim edi bibi lusi. Hiero. Affatim diues ē qui in christo paup est. Et hęc: ab affaris deducuntur de quo in dictione faris.

Affabre penulti. corepta aduerbium significat artificiose sicut infabre sine artificio. Pacu. Barbariem peitem nostris nauibus obtulit noua figura factam cōmissam infabre.

Afficio is. penul. corep. ex ad z facio significat affectionem quandā siue dispositionem induco. Et ad animum et ad corpus siue in bonū siue in malū ptinet: vt hęc res afficit me gaudio. i. affert mihi vel inducit in me gaudium. Hęc res afficit me dolore. Affeci te letali vulnere. i. intuli tibi: vel induxi in te letale vulnus. Inuenitur quandoq̄ absolute positum: vt multa sunt quę afficiunt hominem. i. affectiones siue affectus inducūt. Cor. Cel. Pulmo totus afficitur. i. maceratur/leditur/corrumpitur. Et afficior quasi animor. i. istius animi sum. Cice. in Cel. Et eodem modo erga amicum affecti simus: quo erga nosipsos. Postea sequitur: vt quemadmodum in se quisq̄ sit: in amicum sit animatus.

Affectus a.um. participium cum absolute ponitur sumitur pro languente. Proper. Iuppiter affecte tandē miserere puellę. Liu. lib. v. Vires corporis affecte Affecta ędificia z cetera hmōi dicunē quę nō ad finē ipsum sed proxime ad finem sunt deducta. Cice. Bellum affectum videmus: et vt vere dicam pgne confectum. Idem significat profligatum.

Affectus us. siue affectio ē: vt leticia cupiditas affectiones a Cice. affectus ab alijs appellantur. Et affectiones si recte sūt: virtutes vocāt: si a recta ratiōe auerse sunt. vitia fiunt et perturbationes. Cicero in rhe. diffinit. Affectio est quędam ex tempore aut ex negociorum euentu: aut administratione: aut hoim studio cōmutatio rerum. Aug. lib. ix. de ciuita. dei. Quę sūt sentētię philosophoz de his animi motib⁹ quos greci παθεα nostri aūt quidam sicut Cic. affectiōes vel affectus. Quidā vero de greco expressius passiones vocant. Poetę p desyderio accipiunt. Proper. Et tibi ad affectum vires det Cęsar. et est honesta locutio. Res tibi dant ad affectū. i. quemadmodū cupis Iuuena. Si res ampla domi similisq̄ affectib⁹ esset.

Affecto as. significat cum affectu z anxie quero. Virg. Etiamq̄ affectat olympo. Lic. ad Heren. Non tam affectanda nō superiores: sed tñ adhibenda nōnunq̄ Hinc affectata oratio quę nimis anxie z curiose quesita est: et affectatio curiositas z nimia diligētia. Affectate curiose. Aliquādo affectare ē afficere. Plau. in hac Tria flagitia aut damna quibus patrem z me teq̄ amicosq̄ omnis affectas tuos. Est etiā affector deponēs. Var. Affectatus est regnum.

Affines: sūt viri z vroris cognati: dicti ab eo q̄ duę cognatiōes quę diuerse inter se sunt: per nuptias copulantur: et altera ad alterius cognationis finem accedit ex ad et finis. Nomina eorum hę sunt: Socer: socrus/gener/nurus/vitric⁹/nouerca/priuignus/priuigna. Gradus affinitatis. Et quidē viri pater vroris q̄/socer/mater eorū socrus appellatur. Filij vroz Nurus. Filię vir Gener. Vroz liberis ex alia vroze natis Nouerca dicitur. Patris vir ex alio viro natis Vitricus appellatur. Eoz vterq̄ natos aliūde priuignos priuignasq̄ vocāt. Viri frater est Leuir. Viri sororz vir Glos. Duoz fratz vrores Ianitrices dicūē. Potest etiā sic diffiniri. Socer est vroris mee pater: ego illius sum gener: Socer magn⁹ dicit vroris mee auus: ego illi⁹ sum progener. Et retro. Pater meus vroris mee socer. Hęc illi nurus. Et auus meus socer magnus est: illa illi pronurus. Itē prosocrus mihi vroris mee auia est/ego illius sum progener. Et retro. Mater mea vroris mee socrus est: illa huic nurus. Et auia mea socrus magna est: vroz mea illi pronurus est. Priuignus est vroris mee fili⁹ ex alio viro natus: Ego illi⁹ vitricus. Et in cōtrariū vroz mea liberis quos ex alia vroze habeo nouerca dicit. Liberi mei illi priuigni. Nos inter se q̄ affinitatis causa parentum liberorūq̄ loco habenē in matrimonio copulari nefas est.

Affirmo ꝓprie iurta firmo: cuius plerumq̄ ꝓ asseuero persisto ponatur: hinc affirmatio: quę est enunciatio alicuius de aliquo: vt Socrates ē. Hieron. in pro lo. Salo. Nonnulli scriptoz veterum hūc esse iudei philonis affirmant.

Affligo is. penul. pro. Vide in dictione Fligo. Huius frequentatiuum est afflicto as. quod est sepe affligo vnde z illud Archytę. O te infelicē q̄ te afflictarem nisi iratus essem. Cice. lib. iiij. Tus. Afflictatio egritudo cum vexatione corporis.

Afflo as. ad aliquid spiro. Liu. Afflabat vis frigoris acrioz. Vide latius in dictione Flo.

Affluo/abundo: vt Affluo diuitiis. Dicim⁹ etiā diuitię affluunt mihi. Aliquando affluere est vehementer decurrere. Col. lib. j. Me cū a vertice torrēs imbrib⁹ conceptus affluxerit: fundamenta cōuellat.

Africa λεγεται δε οτι αμοριον εστι το στερητικον και φρικη και φριττω οτι θερμοτησμεγιστη αυτου ηλιου sed penul. cor. regio sic dicta vt Joseph. lib. antiqui. inquit ab Afro vno ex posteris Abrąę de Cethura qui dicitur duxisse aduersus libyam exercitum: z ibi deuictis hostibus cōsedisse. Incipit a finibus egypti pergens iurta meridiē per ethiopiā vsq̄ Atlanté montē: a septentrionali parte mediterraneo mari cōiuncta claudit: et in Gaditano freto finit. Habet prouincias lybiā cyrenensem: pentapolim byzantiū/carthaginē/numidiā. Sūt q̄ africā diuidāt in maiorē z minorē. Et minorē ab occasu numidiā habere: ab ortu cyrenaicā a septētrionē mediterraneo mari terminari. In eaq̄ olim fuisse carthaginem: vticā: hipponē rhegiū z fluuiū bragadā. Maiorem vero esse quę a meridie incipit z vsq̄ ad occasum protendit. Hinc Africus ca. cum. vt afric⁹ ventus qui ab occidente flat contra vulturnū: dictus ab Africa vbi primū incipit African⁹ a.um. vt gens africana. Et Afer idem quod africanus.

Africane absolute dicuntur panthere quę z varię quoniam id genus in ea regione creberrimum fuit. Plinius Senatusconsultum fuit: ne liceret africanas

in Italiam aduehere.

A ante S

Agamus penul. correpta .latine dicitur sine viro: seu sine vxore. Gamos enim nuptię.

Agathos penultima correpta: bonus latine dicit: inde dicitur agatha.

Agalma atis: apud nos indicat simulachrū et laruam et statuam.

Aganipe es. fons boetie a cadmo monstrat⁹ musis sacer: quasi valde ab equo formatꝰ αγαν agan valde hippos equus. Qui fons potus dictus est prestare facundiam. Hinc aganippis idis denominatiuum: et Aganippeus a.um. Ouidius libro sexto fastoꝝ. Dicite quę fontes aganippidas hippocrenes. Brata meduseī signa tenetis equi. Proper. Par aganippeę ludere docta lyrę.

Agapetus penultima producta nomē viri: et latine dicitur dilectus: ab agapao diligo.

Agar nomen ancillę Abrae: et interpretatur aduena: a qua Agareni populi qui nunc saraceni a Sara vxore Abrae.

Agaricon penultima correpta fungus ē in arboribus nascēs colore candido medicinę vim habēs. Nascit circa bosphoꝝ ḡuis⁹ ī gallia etiā cisalpina inueniat.

Agaso penul. pro. equorū vel asinoꝝ ductor. Plini⁹ li. xxxv. Pinxit et in vna tabula: quaq; maxie inclaruit agasonem cum equo Liui. Acceptos ab Agasonib⁹ equos cum rex ascensurus erat admouebant. Est et Agaso nomen proprium serui. Horatius. Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

Agathyrsi populi scythis vicini vt inquit Hier. Qui multum habent auri sine auaritia sine inuidia. Hos Pli. scribit habere capillos ceruleos. Unde et picti dicunt qm̄ versicolorib⁹ vestibus induunt. Virg. libro iiij. Cretesq; dryopesq; fremūt: pictiq; agathyrsi. Dicti agathyrsi ab Agathyrso Herculis filio.

Agathyrsum siue agathyrsa ciuitas. De qua Sirius. Defuerāt agathyrsa magnus geminoq; lacone Tin

Agenealogetos: latine sine nuptijs dicit⁹ im (daris. mo vilis genere.

Agenor penulti. producta nomen regis phenicum: et Beli filij. Hic genuit Taygetam: et europam filias: filios vero Cilicem cadmū et phenicē. Agenor etiā dictus fuit Antheneris filius.

Agelastus: latine mestus ꝛ sine risu. Quo noie dictus est crassus auus crassi inparthis interempti quē trad̄unt semel tantum in vita sua risisse: Quod factū est cum vidisset asinum carduos comedētem: dixissetq; ob id similem habent labra lactucam. Factum hoc dicitumq; festiuissimū risus subsecutus est: qm̄ a σστ Τερη Τι και Τελαω οθεν και αΤελαστος.

Agis vel agides lacedemoniorum rex: qui cum athenienſibus cruentissima bella gessit.

Agylla vbs tuscię alias cerete vocata et Agyllina a noie conditoris: quā Virg. lib. viij. ex lydia venisse ostendit cū ait. Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Urbis agyllinę sedes vbi lydia quōdā Gens bello preclara iugis insedit etruscis.

Ago is. grecum est αγω. ω. αξω. egi actum multa significat. Nā agere est operari. Plau. in amph. Dū hęc aguntur. Virg. lib. iij. Alpheū fama est huc elidis amnē occultas egisse vias: proprie tñ ad animū refertur. Ūñ de rep. dicim⁹ agere: q; vt inquit Var. in huiusmodi re ē cura animi. Ūñdoq; agere ē inducere seu impellere. Lact. libro vj. Tres sunt affect⁹ qui boies in oīa facinora precipites agāt ira/cupiditas/libido. Ūñq; audire. Teren. in An. Hoccine agis an non? audis vt exponit Do. Sic Plaut⁹. Vos agite spectatores. Ūñq; ducere viuere. Tere. in An. Primū hęc pudice vitā parce ac duriter agebat: lana tela victum queritās. Ūñq; dicere. Idē in Adel. Sed ē ne hic ipsus de quo agebā: Ūñq; pnūciare. Cice. de opti. gene. dicēdi. Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt: vt iam nō sine causa Demosthenes tribuerit pmas et scōas ꝛ tertias partes actiōi. Ūñq; cogitare. Virg. Id q̄dē ago ꝛ tacit⁹ lycida mecū ipse voluto. Ūñq; effingere: vt Ago stultū. i. fingo siue reḡsento me stultū. Ūñ acto res comediarū dicunt q̄ diuersoꝝ hoim gestus agūt in scena. Ūñq; ire: vt nudus ago. Popo. mella. Exercēt bellādo animos: corpora ad ꝓsuetudinē laborū maxime ad frigora nudi agunt anteq; puberes sint. Idē paulo post. Lino aliū vestiunt aut lanis quas vt dixim⁹ sylue ferūt barūdinū. Aliū auiū ferarūq; pellibus pars nudi agunt: pars tñ obscena velāt. Val. Mar. sic locut⁹ est sed nō in eo sensu Experiri volui an scires consul agere. i. fungi consulis officio. Idē Pub. Rutil. nō publican⁹ in Sicilia egit sed opas publicanis dedit. Cū actō vero frequentius. Unde dicim⁹ Agit publicanū. Agit senatorē. Agit amicū pro eo qō ē facit officiū publicani senatoris et amici. Hora. Letum agit cōuiuā. Et subauditur se. Quod Virg. posuit. Ecce gubernator sese palinur⁹ agebat. Est qñ agere significat extendere porrigere: vt vera glozia radices agit atq; etiā porrigitur. Item sursum ducere ab imo pectore. Ūñ et ꝑ mori vsurpatū ē addēdo aiam. Seneca epist. xxvj. Quid egerī tū c apparebit cū aiam ages. Item agitare. Plaut. Ede pol eā agā verberib⁹. Virg. Prodigijs actis celestibus ossa piabunt. Itē tractare. Var. Semp agis causas. Aliqñ cōstruitur cū prepositiōe. Ci. in Lel. Cū em̄ sepe mecū ageres vt de amicitia aliquid scriberē. Et nō agiē de pecunia sed de capite. Agis mecū tabellis obsignatis: dicit q̄ quispiā diuersa dicit ab ijs q̄ alias approbauit. Tūc em̄ solemus tabulas illius manu scriptas obsignatasq; proferre ad coarguendū quibus cōtinet quid alio tpe senserit. Quod est cōuincis me testimonio litterarū mearū. Itē succedere siue in bona conditione esse: aut mala. Val. Mar. Bene egissent athenienses cū Welciade: si eū post trecēta milia persarū Maratone deuicta in exilū protinus mississent. Frequētius per impersonale vtimur hoc modo Bene meli⁹ optime tecū agitur. Male mecū actū est: ꝛ peius pessimeq; cū illo. Cice. Cum illo vero quis nescit actū esse ḡclare: mecū incōmodi⁹. Sꝛ cū dicim⁹ actū est. Res acta ē: semp in malā partē sumit: vt actū ē de republica. i. extincta est res mea tua illius acta est: id est assumpta siue deperdita siue elapsa est. Terent. in Heau. Una ei eq nam atq; eius comitibus dedi. Qꝛ si iterum mihi sit danda actū siet. Idem Acta hęc res est perū. Actū agere ꝓuerbium est qō in summa rerū desperatione ponitur. i. nihil agere. Idem in phoꝝ. Actum aiūt ne agas. Qō em̄ iure semel iudicatum fuerit rescindi ꝛ iterū agi nō potest. Ponitur interdum agere ꝓ vertere. Virg. Ipse ter adducta circum caput egit habena: pro vrgere persequi. Idem. Pastor agens telis Pro Iurgari. Cice. Perinde ac si furti cum eo egisset. Pro Regere. Virg. Tros tyriusq; mihi nullo discrimie agēt. Pro antepellere: vt Et potū pastas age tytire. Pro vehere producere. Varro. Mō hos pactolus aureas vndas agens eriperet vnq; emiserijs. Pro fozas pellere fugare vt Hebrus agit atra venena. Pro rependere: ꝛ hoc dūtaxat verbis ostendere id habuisse gratū. Nā gratias habere est in animo cū memozem accepti beneficij mentē animumq; habeo et inuicē gratificādi voluntatem. Referre est verbis: sed reddere gratias est facto: vt si a me subleuatus aliquo beneficio vicissimq; aliquo modo me

Casia per simplex ſ. fruter est: amplitudine cubitorum triū suauissimi odoris ꝛ virtutis cynamomi. Hiero. appellat herbam cuz in canticis inquit. Casia quoq; qm̄ id genus herbę aquis indesinentibus nutriri di/ citur ꝛ coalescere redemptionem humani generis ꝓ aquas baptismi indicat datā: qui vt Pli. li. xij. scribit iuxta Cynami cāpos in ethiopia: sed in montib⁹ cras/ tior sarmento tenui cute verius q̄ corrice nascitur. Sunt tñ q̄ dicūt casiā esse nomen herbę atq; arboris sicut balsam⁹ herba ꝛ arbor balsami. Virg. Tñ casia atq; alijs interēs suauib⁹ herbis. Hęc alio noie dicit fistula: vt auctor est Hiero. in explanatiōe pſ. Eructa uit vocales in laudes dei ꝛ oēs pituitas ꝛ rheumata voluptatū suo calore excoquēs.
Caseus a coeundo: vel vt inquit Var. a lacte coacto di citur. Nam fit lacte coagulato hedino imprimis vitu lorum ve coagulo.
Casses retia sunt: ꝙ vacuas habeant maculas. Unde ꝛ cassum ꝓ inani ꝛ vacuo: ꝛ incassum ꝓ frustra qua si absq; cassibus: sine quibus venatio est inanis tra/ctū ab aranearū cassibus ꝙ sint leues ꝛ nullius ponde ris. Sunt etiam casses galeę ꝙ vacua sint ad capita recipienda. Sed differunt genere: ꝛ diuersum habēt genitiuū. Cū em̄ significat laqueū vl rętę est ge. mas. et habet genitiuū ntō similē: vt cassis is. Oui. Inci/ dit in casses ꝓeda petita meos. Pro galea fę. gene. est ꝛ cassidis genitiuū facit. Iuue. Lonica ꝛ fracta de casside buccula pendens.
Cassida e. idem qđ galea. Proper. Aurea cui post ẽ nudauit cassida frontem.
Cassiculus diminuti. a cassis pro rete. Hiero. Mequa/ ẽ aranearū mihi opponas cassiculos. Dicitur ꝛ cas/ siculū neutro genere. Festus. Cassiculum reticulum a cassibus per diminutionē dictum.
Cassita. penulti. producta auis quam alij alaudam: alij galeritam dicunt.
Cassiteros penul. coꝛ. latine stannū: vel plūbū dicitur Inde Cassiterides insulę decē in Indico oceano vn/ de plumbū candidū effoditur. Pli. lib. xiij. Et aduer/ so celtiberię complures sunt insulę cassiterides dictę a grecis a fertilitate plumbi.
Cassiope siue cassiopea. Cephei regis ethiopum vxoꝛ

ꝛ Andromedes mater quę cum nereidibus de pulchritudine certauit: Pro quo facto in sydera constituta fertur. Est autē sydus ita figuratū: vt in sella sedeat. Constat stellis,xiij. occidens cum scorpione capite cū sedili resupina ferri prospicitur. Exoriri autem cum sagittario.

Caspiū mare dicit qđ inter caspios montes est: a quibus nomen accepit. Et hyrcanos ꝛ imensuꝫ occupat spaciū. Caspię portę varię dicūt. Quidā amazonas portas caspijs egressas ad alexandrū venisse in hyrcaniā, pdidere. Sed ille caucasię fuerūt per quas trā situs est ex hyberia in scythiā. Meronis quoq; principis cōminatio ad caspias portas: vt inqt Pli. Verum mons taurus tribus in locis interruptus quasi portis quibusdā transitur i armeniā in ciliciā ꝛ in mediam. Sed ille tm caspię portę appellātur quę apud Medos existunt: sicut ex Prole. Pli. ꝛ Strabone licet intelligere: per has trāsitus est ex Babylone ac pside ad mare caspiū. Et hinc fortasse caspię dicte sūt ꝙ aliquę gentes vicinis insident montibus appellatę caspię. Juga vero caspia procul hinc absunt: et ad Armenios vlteriozesq; populos ptinent. Portę aūt caspię vt Solinus inqt pandunt itinere manufacto milibus octo passuum longo. Nam latitudo vię est plaustro permeabilis.

Castalius: fons caballinus ꝛ libethrius dicit. Est in radicibus parnasi musis sacer: a virgine Castalia q̄ apollinē fugitans precipitata ꝛ in fontē versa est: cuius aquā dicūtur bibere poete. Hunc fontes dicit acron fuisse in Lycia: vbi armenta Appollo fertur pauisse.

Casteria significat locū vbi cum nauigatio conquiescit remi ꝛ gubernacula reponuntur. Plautus. Quin si pol reposui remum sola ego in casteria vbi quiesco omnis familię causa constitit tibi.

Castrum numero singulari: locus est muris munitus dictum a casa: ꝙ sit cōiunctio quędā casarū.

Castra plurali numero appellantur exercitus cum in procinctu pergunt: aut incerto quolibet loci itinere demorant. Similiter locus in quo milites tentoria fixerunt: vel ipsa tentoria in quibus milites diuersantur. Unde ꝛ de nauibus Virg. dixit. Nos castra mouemus: quoniam in illis milites essent. Dicta castra quasi casta et castrata ꝙ ibi castretur libido. Inde em̄ mulieres abesse iubebat militaris disciplina. Vel a castri similitudine ꝙ fossa vallo; quasi muro circundari solent.

Castrameto: penultima correpta castra loco: vulgo a campare dicitur.

Castellum paruus vicus muris circūdatus diminuti. a castro: Et castellū dicit receptaculū illud qđ aquaꝫ publicā suscipit et quo fluit aqua fistulis. Frontinus Omne plumbū ꝛ omnes impensę ad aqueductus ꝛ castella ꝛ lacus pertinentes inde erogantur.

Castellani dicti qui castellum habitant: sicut ab oppido oppidani: ꝛ a vico vicini.

Castellatim aduerbiū quasi turmatim per castella dissecti. Liuius lib. vij. Vt hostes ꝛ nocturno pauore attonitos ꝛ circa collē castellatim dissipatos aggrederet.

Castrare proprie est virilia amputare. Juuenal. Nullus ephebum deformē sceua castrauit in arce Tyrannus. Licet ꝛ de quacūq; truncatione siue priuatione quandoq; dicat. Pacu. Vt esset aliquis qui linguaꝫ eius castraret. Quidam castratos spadones ꝛ eunuchos ita distinguūt: vt castrati sint quibus testes naturaliter desunt. Spadones quibus violenter detracta est virilitas. Eunuchi a dominis castrētur vt diutius eis abutantur inde nomen ευνη και εχω αλλα σπαω euello: inde spadones. Vlpi. tamē spadonū noīe omne genus euiratoꝝ cōprehendi scribit.

Castrensis et hoc castrense qđ ad castra pertinet. Unde castrenses vigilię et castrense peculium est quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatū est vel quod ipe filiusfamilias in militia acquisiuit: quod nisi militaret nō acquisiturus fuisset. Et quasi castrēsia bona dicuntur quę licet in militia filiofamilias nō acquirūtur ita tñ fiunt ipsius ac si acquissta in militia fuissent vt sunt ea quę ex officijs acquiruntur.

Castigo as pe. p. pprie verbis reprehēdo: q̄si castruz id est honestū ago. Vir. Hic grauis entellū dictis castigat acestes. Quādoq; castigare est vindicare punire. Idem lib. vj. Castigatoꝝ dolos: subigitoꝝ fateri. Hinc castigatum dicimus correctū emendatūq;.

Castitas ꝛ pudicitia paria putantur: cum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera. Castitas ab his cōtingi est remota. Vir. lib. ij. Geor. Casta pudicitiā seruat domus. Castum dicit imaculatū quasi castratum. Nam castrare est pudenda amputare. Qui vo sine pudendis est necessario castus est. Per trāslationem castus capitur pro honesto ꝛ continenti vt sit castus quasi vacuus. Plau. in penu. Vt deceat nos esse a culpa castas. Unde dicimus vozem castam ꝛ castum cantū in quo nihil est lasciui: ꝛ castam manū quę se ab alienis continet. Item pro pio et religioso. Virgilius. Quiq; sacerdotes casti dum vita maneret.

Castor animal latine fiber ponticus: cuius testiculos medici castozium vocant. Hic comprensa parte non anteq; concrepuerint ossa morsu resoluit. Castor et pollux fratres quos Tindaridas vocant sicut ꝛ Helena eozum sozor Tindaris nuncupata grece discuri appellantur. Hi post mortem inter notissima sydera constituti fuere. Quod plane signum gemini dicitur ꝛ a gēribus ꝙ dūs habiti sunt. Unde Romę in foro erat edes castoris et pollucis: qm̄ sicut Dion. lib. vj antiquitatū scribit in pugna ad lacū Regillū apparuerunt forma augustoꝝ ducentes equitatum romanum aduersus latinos qui hastis feriebant propellebantq; aduersarios: socios vero cohortabātur. Quę potissima causa fuit vt latini fugarentur ꝛ castra caperentur. Idem. Dox visi sunt sudorem equoꝝ abluentes iuxta fontem iuturnę. Dein e cōspectu mortalium se subduxerunt. Castor quoq; ꝛ me castor ꝛ pe castor aduerbia iurandi quasi per ędē castoris.

Castula palliolum quo puellę nudę infra papillas pręcingebantur. Var. Castulam mulier sumpserat pro succula. Hęc ꝛ periconiū ꝛ prędictoriū appellat.

Casus modo fortuna est vt Boe. lib. v. de cōsola. Modo inopinatus euentus. Seneca. Multa enim casu potius q̄ ratione eueniunt. Modo ruina. Curtius. Inopinato rhede casu oppressus. Hō calamitas ꝛ infortunium. Virgilius. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Et breuiter troię suppremū audire laborem. Et casus dicuntur vocabulorum formę quia in aliam atq; aliam cadunt effigiem. Et casum veteres antiquum vocabant quasi iam cadentē.

Casos insula iuxta mare carpathiū ambitu octoginta stadioꝝ in qua est oppidū eiusdē nois.

Casura e. casus seu cadendi actus. Piero. Ante mentis nostrę oculos semper euangelicū illud appareat stolidissimi viri: qui ędificium qđ sūmopere fecerat ingruentibus fluminibus: flantibus ventis ꝛ imbribus inundationibus pluuiarum totum amisit in casura quod erat ędificatū in sabulo.

Cata prepositio greca in cōpositione significat in: aduersus: de/dis/ex/circum/vndiq;/sub/iuxta/ per/Pm/ Latho. vero cum aspiratione: veluti/ sicut/ tanq̄ et quemadmodum.

Catabasis inferior solis meatus descensus.

Catabathynon dici pōt demersum cauum ꝛ profundū ex κατα και βαθυρου profundū.

Catabathmus oppidum in aphrica: et vallis repente

connera vt scribit Ply. Pomponius catabathmos vallis deuera in egyptum finit africā απω του κα ταβαιρειν. Et significat catabathmus locum declivem atq; deuexum.

Cataclysmus diluuiū z inundatio dicit. Hier. contra Ioui. Prim⁹ Lamech sanguinari⁹ et homicida vnā carnem in duas diuisit vxores. Fratricidiū et bigamiā eadē cataclysmi deleuit pena.

Catachlysis effusio caliginis z tenebrarū. Nam caligo a grecis αχλη z αχλυσ dicit καταχλυσισ.

Cataclytum: locus concauus ab aqua cadente απο κατα και κλυζομαι. Amb. lib. hera. Milus fluuiorum maximus: eo loci vbi se ex altissimis mōtibus in cataclyta illa precipitat magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruit.

Catachresis penulti. pro. tropus quē nos abusionem vel vsurpationē dicimus: cū alienis abutimur penurie ac proprijs cū, ppria deficiunt: vt facies similima lauro. Vaz facies bois est ex κατα contra κρησισ dicit vsus catachresticus abusiuus.

Catachesis: instructio.

Catechizo as. instruo/doceo/erudio: vt est apud apostolum. Communicet autem is qui catechizatur ei qui se catechizat.

Catecuminus instructus seu audiens dicit.

Catacrisis: condemnatio vl̄ diudicatio. κρισισ enim iudicium.

Catadromū penul. cor. latine decursoriū κατα δρομεω em̄ decurro. Sue. in Nero. Notissim⁹ eques ro. elephanto supersedens p catadromū decurrit.

Categoria κατηγορειαασ accusatio p̄dicamentum κατηγορεω accuso p̄dico κατηγοροσ accusator. Vnde categorię siue categoremata. Aristotelis id ē predicamenta. Et propositionū quędaz a dialeticis categorię nominant: quas p̄dicatorias latine dicere possumus. Sunt autē decem p̄dicamenta circa quę versari videt ois quęstio. ουσισ .i. essentia: q̄litas: quātitas: ad aliq̄d: agere: pati: vbi: q̄n: situs: habere. Appellatas vero categorias ostare: vt inquit Aug. in dial., pterea q̄ nō possunt nisi a subiectis agnosci. Quis em̄ q̄d sit homo possit agnoscere: nisi sibi homine ponat ante oculos q̄si subiectū homini.

Catagrapha q̄ vocant pictores modo ex curta appellant a breuitate imaginū quas ita repsentari cū sunt obliq̄ postulat ratio. Hęc z cataglypha dicunt.

Catalepsis occupatio deprehensio. Catalexis terminatio. Catalysis dissolutio. Catalymā atis. refectio diuersorum.

Catalogus penul. cor. sermo vel scriptura quę numerū vel ordinē designat. Hier. ad oceanū. Vbi catalog⁹ describit omniū mansionū etiā de lectis.

Catalecticum metrū dicit cui vna tm̄ deest syllaba vt apud Hora. Hea renidet in domo lacunar. Est em̄ senariū iambicū vna syllaba minus. Acatalecticum vz qđ legitimo fine claudit: vt Hec fonte labra, plui caballino. Est em̄ senariū iambicū pfectū.

Catamithus cū i latino, pducto: puer meritorius quo quis abutitur μισθοσ greci mercedē dicunt quia καταμισθω .i. pro pretio.

Catholicus: dici potest vniuersalis: q̄si circa oīa versat: fit em̄ ex cata z holon: id quippe totū dicūt.

Cataphractus: vndiq; munit⁹, ex κατα vndiq; z φραττω munitus αφραττω quod ē munio. Ser. in xj. lib. enc. Cataphracti equites qui z ferro muniti sūt: et equos similiter munitos habēt. Sal. Et sequebāt equites cataphracti. Est etiā cataphracta lorica siue thorax militaris. Unde Vege. scribit exercitū romanū pedestrez cataphractus z galeis fuisse munitū. Et Liu. li. xxxvij. pedites loricatos cataphractos vocat. Cataphractarij q̄ cataphractis muniti sūt. Lampri. de Alex. Cataphractarios quos illi clibanarios vocant decem milia in bello intereminus. Cataphracte autē naues p rectis nauibus accipiunt.

Catapulta iaculū celte vel sagitta. Plau. in Cur. Atq; ita te neruo torquebo vt catapulte solent.

Cataplasma atis. emplastrū siue malagma qđ constat ex floribus: eorūq; furculis z arungia.

Cataploos grece: latine nauigatio.

Cataphrige: heretici qui in phrigia fuerūt: vt mōtan⁹ priscilla z Maximilla. Hi aduentū spūssancti nō in apostolis: sed in se traditū asserunt.

Catapotia pilule dicunt. απο του καταπινε ιν qđ ē deuorare vel bibere, pprie: q̄n nec; estur: nec; lingit id gen⁹ ſz deuorat: vel p καταποησ λεγεται λαρυγξ λαρυγγοσ.

Cataractas: quidā cęli fenestras: quidā nubes: quidā subterraneas specus interpretant. Vnde a descēdēdo p pendulis portis sumūt: ex ligno ferro ve q̄ demitti ac tolli possunt. Liu. Pendula z recidentes portas cataractas. Idē Porta cataracta dejecta clausa erat. Eam partim funibus subducūt in tm̄ altitudinis vt subire recte posset: dicte cataracte q̄ ex alto defluere videant. Greci em̄ καταρειο defluere dicūt. Unde cataracte etiā dicuntur e terra eruptes aquę z ita ex alto defluentes: vt ruere potius q̄ defluere videant quales esse i egypto nili cataractas legim⁹. Ita loca ipa e quibus exeunt cataracte dicunt. Unde in maximis imbribus apertas esse cęli cataractas dicere solemus. Dicit et hic cataractes quo nomine etiā dictus est fluuius quidā. Stra. Post olbiā pamphilię cataractes ē fluuius magno strepitu ex alta rupe dejectus: vnde z nomen.

Catarrhus latine fluxio seu distillatio. Differt a coryza et branchо. Coryza dicitur cum pituita nares tm̄ obsidet: grauedo latine dicta. Catarrhus vero cum fauces palatumq;. At brachos cum z guttur z arteria corrūpit: ob id z arterioū q̄q; id vitiū appellāt. Omnia hęc tū Hippocrates coryzas vocabat: nostri distillatiōes q: grece catastagmi noiantur in cōmune Dictus est aūt catarrhus α καταρρεω fluo distillo: ex κατακαιρεκω fluo.

Catarytus penul. correp. latine irriguus ex κατα ρυσ riuus quasi iurta riuos. Ply. lib. v. Hyponē oppidū aphricę catarytum a grecis dictum propter aquarum irrigua.

Cataſcop⁹ latine speculator: ē em̄ σκοπειν speculari.

Cataſcopium genus nauigij exploratorij q̄ circūquaq; speculetur.

Catastrophe latine subuersio volumen.

Catastroma penultima, pducta: nauis partem seu paumentum significat.

Catorthoma penulti. pdu. greci κατορθωμα opus virtutis rectū. Amb. lib. j. offi. Hoc est perfectū officium quod catorthoma greci dixerunt. κατα circūquaq; ορθωρ rectū. Cice. lib. j. offi. recte factū interpretat. Catorthosis recta effectio. Catorthoo egregie cū virtute aliquid facio.

Catatyposis dicit p̄m figurā: quod fit cū aliquid iurta alterius formā describit: vt apud Virg. lib. iij. Sic Mercurio similis vocēq; colorēq;.

Cataſta: locus erat vbi venales serui exponebantur a καθισταω ſbo greco qđ significat expono. Tibul. Mota loqr regnū ipse tenet quē sępe coegit Barbara gypsatos ferre cataſta pedes. Est z cataſta machina lignea qua serui vincti tenebantur. Plyn. Tandē in cataſta videre grisogonū sylle. Hanc z longam et magnā compedem vocant.

Cathartica dicunt purgatoria a καθαρο purgo.

Cathedra dicuntur subsellium απο του καια καθησ εδρασ εδρα sedes est seu sella. Et scribit cū h.

q; hedra incipit ab h. abiecta a. vt fit in Methodus ephebus ⁊ multis alijs.

Caterochen: significat per excellentiam.

Caterua ꝓprie gallorū legio sicut phalanx macedonū ꝙ certo nūero cōstat. Mā auctore Vege. in caterua erāt sena militū millia. Plerūq; tñ ꝑ multitudine sumit. Cateruatim aduerbium significat per varias cateruas. Cateruarū cateruatim conglobati. Sue. in Aug. Sꝫ ⁊ cateruarios opidanos inter angustias vicoꝝ pugnantes temere. Sciendū ē q; oīa fere aduerbia in tim finita: significant sicut de cateruatim dictum est: vt turmatim per diuersas turmas: vicatim oppidatim/manipulatim/regionatim/ gregatim/domesticatim/municipatim/,quinciatim: ⁊ sic de singulis. Sūt tñ aliq; q; nihil ab alijs differūt: vt priuatim nihil differt a priuate: nec sepatim a seperate: nec ꝑperatim a properanter: nec raptim a festinanter: nec affatim ab abundanter: nec vbertim a copiose.

Catena dicta est q; se capiendo teneat: quia in ea anulus anulū capit. Quidā hoc nomē a cane deduci putant: ⁊ ꝓprie dici qua venatici canes vincti tenentur: sed largius sumit. Sene. ad Lucil. Una est catena q; nos alligatos tenet amor vite.

Catillus pars superior molę: sicut meta pars inferior: Et catillus diminutiuū est a catinus.

Catillones: q; catillos liguriūt: ⁊ ꝑ gulosis accipi solēt

Catinus: qđ ⁊ catinū dicit pe. pro. vas in mēsa escaria vbi pultē aut iurulenti quid ponebāt a capiendo appellarūt. Var. scribit siculos vas in q; ponebāt escu lenta catinon appellari. A catinus fit diminutuum catillus: A catinū catillū vel catinolium.

Catina pe. cor. vbs Sicilię. Silius lib. xiij. Tū catine nimiū ardenti vicina ciphęo. Stra. Tñ Diodorus ⁊ Ptol. non catinā sed catanā scribūt. vnde Cataneus charundas qui leges athenienſib⁹ dedit απο του καταω και αγω dicit: q; cum ignes ex ętna erūpant ſuperiora ima fiunt.

Cathinea terra quę in eis conuertit vt fiat aurichalcū.

Cato quasi sapiens ⁊ cautus. Cautū em̄ sabini acutū dicunt. Et cata dicta accipienda sunt acute dicta vt auctor est Var. Porphirio tñ horatianus interpres catū exponit ꝑ experto ⁊ docto cū ait Horati. Post hęc ille catus ꝯtūuis rusticus ibit. Et Ply. Catos a sapientia dictos intelligi vult sicut corculos. Hora. Catus decoꝝ more palestrę. Li. Sed hō catus nūq; terminat magnitudinis nec diuturnitatis modum. Duo aūt fuere Catones celebratissimi: senior videlicet: qui ⁊ porcius et censorius⁹ dictus ē: alter vticensis qui seipsum vticę interfecit: ne in Cęsar⁹ manu⁹ viuus veniret. Hic viua virtutum imago vocatur a Sene. et exemplar viri sapientis. De quo. Quin. Hic inq; nisi credit fuisse sapiens vir scio cui reliquerit huius nois locū. De censorio. Sene. ad Luc. D. Cato cēsorius quē tā necessariū reip. fuit nasci q; Scipionē. Alter em̄ cū hostib⁹ nr̄is bellū: alter cū mozib⁹ gessit Dio. historicus grecus Την Τε γυναικα εκων Αη Τεσων περιελαβε και καταφιλησε και αγαβο ησασει περεχωσε αφρικη εἰχων Δε αυτην Το Τεκαταων και σκηπιων και Του ιοβαν Τον Λιβυηνεχορτεσ συμμαχον. Hic fuit optim⁹ orator: optim⁹ senator: optim⁹ imperator/qui libū de re rust. origines ⁊ orōnes scripsit: ferē a Plutarcho q. Ap. Cato vxorem ⁊ filiū perdiderit inducta noua victus ⁊ medicinę formula.

Catus animal muriceps fe. ge. ꝑm Ser. lib. de grecis latinisq; noibus. Cati etiam populi sunt Germanię scambris vt inquit Stra. finitimi.

Catulus penul. cor. ꝓprie significat Cati hoc est felis filiū ꝓpter sagacitatē. Var. Catulus a fagaci sensu et acuto. Sed ponitur large ꝑ omni ferarū filio siue immaniū siue mitiū. Vsi de colubre. Virg. Catulos tectis atq; oua relinquens ⁊ de leonibus. Ply. Raptor appropinquāte tigridis fremitu abijcit vnū ex catulis. Ply. Simię gestant catulos q; mālue facte intra domos peperere. Idem. Muriū quoq; catuli ostentum faciunt. Idem Delphinū catulos nominat Lacertarū quoq; ⁊ ceterorū serpentiū filij catuli dicuntur. Hinc fit aliud diminutiuū catellus. Accipit q; catulus ꝓ ipso cane. Apul. Catulos secū ducēs venaticos atq; sagaces. Interdum ꝓ quodam vinculi genere qđ etiā canis dr. Plau. Faciā te delicatum catulo vt accubes ferreo. Et Catulus nomen fuit viri romani. De quo Lu. lib. ij. Et catulo iacuit lepidus. Hinc Catulaster catuli imitator: sic ab Antonio antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulū hoc est parui canem siue filiū. Catullus vero ꝑ duplex ll. nomē est veronensis poetę. A catulo (vt Varro inquit) fit canis anial latrabile.

Catulinus a. um. quod ex catulo. Unde Plau. Catulinam carnē estauisse romanos ostendit.

Catularia porta Romę dicta est: q; nō longe ab ea ad placandum caniculę sidus frugibus inimicum rufę canes immolabantur: vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

Catulire est gestire ⁊ coitū maris appetere. Var. Fęturę principium admittendi faciunt veris principio. Tū cm̄ dicunt catulire. i. ostendere se velle maritari. Plau. Quin meā vxorē vidi catulientē. Hinc catulitio q; dr cū canes maritari querunt quo etiā tpe terra aperit. Ply. Catulitionē rustici vocāt gestiēte natura semina accipe: eaq; animā inferente oīb⁹ satis.

Caua e. foramen in quo aues nidificant. Ply. Multo tamen efficacissime ripariarum pulli ita vocant in riparum cauis nidificantes.

Cauus a. um. ꝓprie concauū vacuū a chaos quod q; ſt vorago quedam erat inanis. Virg. Tum dea nube caua tenuē sine viribus umbrā. Cauus locus cauat⁹ seu elabſo vulgo dr Pcauus. Var. Facere his cauos oportet laxiores vbi pullos parere possint. Colu. li. viij. Deinde cauū quē feceris surculo obturato. Idē scribit cauum esse locum qui inter ędium parietes relinquebatur patulus vt esset.

Cauedium. vt Ply. iunior in epistolis dictione mutilata siue cauū edūm vt Var. dictione integra. Locus est sub dio vacuus cinct⁹ vndiq; porticibus ad eōdem omniū vsum. Hui⁹ eria sunt genera. Tuscanicū corinthium terrastylon displuuiatū ⁊ testudinatum.

Cauo as. fodio euacuo. Plynius lib. xxxvj. In syphno lapis est q; cauat tornat q; in vasa coquēdis cibis vtilia: huius cōposita sūt cōcauo/excauo/ ⁊ recano pecor. Ouid. lib. ij. me. Est locus in geminos vbi bacchia cōcauat arcus. Hic. ad Eusto. Quot petras excauet ⁊ habitet coluber in foraminib⁹ earum.

Cauea a cauo fit: significatq; locum sub terra vacuum atq; obscurū. Qm̄ vero in huiusmodi locis esse ꝓsuerūt ferarū cubilia caueas ꝑ ipsis ferarū receptacu lis vsurpam⁹. Apul. Bestiā factū immittim⁹ caueę. Sue. Bestiarū more q; drupedes cauea coercuit. Et ab hac similitudine ꝓceptis ex ligno: siue ex eboze alia ve materia factis in qb⁹ auiculas tenem⁹ qs vulgo etiā caueas vocāt. Aug. lib. iij. de ci. dei. Volauerāt pulli de cauea ⁊ Vancino ꝓsuli auguriū malū fecerāt. Plau. in Cur. Quia em̄ in cauea si forēt cōclusi tidē vt pulli gallinacei. Item Cauea est area in medio theatri in qua equitū subſellia ꝓstituta esse ꝓsueuerūt q; velis tecta caueę similitudinē haberent. Virg. Hic totū caueę ꝓsessum. Plau. in Amphy. Vt conquiſitores singuli in subſellia eant q; totā caueā ſpectatoribus. Quādoq; ponit ꝓ populi consessu.

Cauerna dicitur quia caua grece crypta dicit hoc cor-

cauitas quędam terrę vacua atq; obscura. Unde cauernosus a.um. ꝓ loco passim vacuo ⁊ veluti cauernis pleno.

Caucasus penul. cor. mons Indię editissim⁹ ad septẽtrionem versus Scythas Indiã a Scythia dirimẽs asper ⁊ inhospitalis. Virg. Sed duris genuit te cautibus horrẽs caucasus. Hic ferẽ sydęrib⁹ proximus vñ astra maiora visunt: ⁊ cor oꝛtus occasusq; diligẽter ꝓspiciunt. Ab Caucaso fit Caucaseus a.um. Vir. Caucaseaq; relert volucres.

Cauda/quam veteres etiã codam dicebant. Inde caudati ⁊ codati dicunt: qui caudas habent. Interdum ponit cauda ꝓ virili mẽbro. Hor. in Ser. Quecũq; excepit patienter verbera caudę. Idez lib. j. Accidit vt quidã testes Caudãq; falacẽ demeterer ferro.

Caudacus significat suauem et mansuetum.

Cauder pro cauter d. pro t. posito. Similiter ⁊ coder dicitur prima pars arboris cui radices adherent. Liber siue tabula. Lactan. Caudice desecto lachrymat sua gaudia palmes. Virg. Quin ⁊ caudicib⁹ sectis mirabile dictu. Et cauder est plurũ tabularum contertus: vnde tabulę codices dicuntur: ⁊ naues quib⁹ commeatus subuehunt caudicarię siue codicarię appellant. Unde Apius Claudius Cauder cognominatus est qm̃ prim⁹ romanis ꝓsuasit nauẽ ꝓscendere. Sene. de brevitate vitę. Claudius is cauder fuit ob hoc ipsum appellatus q; plurimũ tabularũ cõtexer⁹ cauder apud antiquos vocat. Unde publicę tabulę codices dicunt. Ponit et pro duro sedili seu ꝓ fede meretricia q̃ plerũq; ex trũcis fieri solent Iuue. Horrida quale facit residens in codice pellex.

Caudicalis: ad caudices scindendos idoneus. Plau. in Pse. Te cũ securi caudicali preficio ꝓuincię.

Caudis oppidũ Samnij. Unde caudinę furcę ⁊ caudinę fauces nobilitate insigni clade ⁊ ignominia quã romani exercitus sub Sp. posthumio a samnitibus acceperunt.

Caudicarię naues quę cõmeatus per tyberim subuehunt q̃ ex lignis grossioribus cauatis fierent. Fitq; a caudice dum pro trunco seu tabula ponitur quę et codicarię dicuntur.

Caueo es. caui cautum: significat fugio/vito. Ambro. Caueatur iracundia: aut si precaueri nõ potest cohibeatur. Interdũ cauere est attendere ⁊ diligẽter prouidere: vt Caue tibi. i. attende ⁊ ꝓuide ne quid mali tibi accidat. Vale. max. Caue tibi Roma. Plau. Caue nemo id intelligat. Interdũ significat abstinere. Et tunc cum ablatiuo mediante ꝓpositione construitur q̃uis in sensu idem sit cũ fugio. vt Caue ab illo. Caue ab errore: qđ est abstine ab errore seu fuge errorem. Et sic semp habet in se negationem sicut alia verba prohibitiua: vñ rectius dicit Caue facias: q̃ caue ne facias: cum tñ idem sit ⁊ vtroq; modo dictũ reperiat. Cice. Treba. Tu qui ceteris ne ab esseda rijs decipiaris caueto. Proper. Tu caue ne tristi cupias pugnare puellę: dicim⁹ etiã Caue vt facias hoc. Inuenitur ⁊ cauo is. in eadẽ significatione. Hora. in Ser. Vade vale caue ne titubes: mãdataq; frãgas. Ubi ue syllaba existente breui impatiui modi. Caue ꝓiugatioꝛis tertię esse ꝓuenit: nã caue a caueo ꝓducit ue. Hinc cõponitur ꝓcaueo qđ est diligenter caueo. Teren. Hoc tẽpus ꝓcauere mihi me monet.

Cautũ est significat ꝓuisum est. Cautio est: Cautione opus est: seu ꝓuidendũ est.

Cautus ⁊ per syncopã catus: sumit pro hoie prudenti qui sibi scit cauere. Et nõnunq; ꝓ re cui cauet. Cice. pro Cęc. Quo res mulieri esset cautior. Uñ incautus qui nescit sibi cauere. Liu. lib. iij. In incautũ hostem de cumana porta erupit.

Cautes: vide in dictione cos cotis.

Caurus ventus ab occasu flans qui ⁊ corus dicitur.

Cauilla e. Cauillum ⁊ cauille: irrisio quedam iocosa: vulgo scritiũ siue calmo dicit. Plaut. Pone hoc sit aufer cauillã. Idẽ in Tru. Postq; in vrbẽ crebro hic factus sum cauillator probus. Quid id est amabo. Istec ridicularia cauillationes vis opinor dicere: ita vt paxillum differat a cauillibus.

Cauillo as. et cauillor aris. deponens a caluo is. fit i littera abiecta significatq; fallacia ⁊ dolo vtor. Uñ Boe. super Top. scribit cauillationem partẽ quandam logices esse cum inquit. Colligendi facultas triplici diuersitate tractatur. Aut enim veris ⁊ necessarijs argumentationibus disputatio discurrit: et disciplina vel demonstratio dicit. Aut eñ probabilibus et dialectica vt. Aut apertissime falsis ⁊ sophistica ⁊ cauillatoꝛia phibet. Sic a Sene. et Cice. Cauillationes dixerũt q̃ grece sophismata nũcupant. Ulp. Cauillationis natura quã greci sophisticam appellauerunt: hec est: vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio pducat. Calus iurecõ. dissimile q̃ sit subdola ratio quam conscij nobis mendacij vincẽdi cũ causa ꝓsertim⁹. Cice. lib. ij. de oꝛa. accipit cauillationẽ ꝓ generali quodã facetiarũ genere tãq; scõmate faceto ⁊ cauillo dicaculo ⁊ faceta vrbanitate cũ inquit. Cũ duo sint facetiarũ genera. Alterum equaliter in omni sermone fusum. Alterũ peracutũ et breue: superior cauillatio: altera dicacitas notata est. Idẽ lib. iij. de natura deoꝛ. Cauillari pro cauillũ dicere accipit. Atq; etiam in eo cauillatus est: estate graue esse aureũ amiculũ hyeme frigidũ. Sueton. in Uespa. Et marie eñ decacitatẽ in deformibus lucris affectabat vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret: transferretq; ad sales: als significat irrisionẽ.

Caula latine stabulũ dicitur in quo oues recondunt. Addita c αυλη qđ non solũ atriũ vel aulã: sed etiã stabulũ ⁊ omnia septa designat. Festus a cauo caulã deriuat q̃ antiqui ante vsum tectoꝛum oues in antra ducebant: sciebat ne grece: απο των καυλων. Mãetiã nunc fiunt ex viminibus.

Caulis: in herbis dicitur ipsum robur siue stipes: id ẽ ea herbę ps vñ se ꝓducũt folia aut ramusculi. Ply. lib. xviij. Sz maior pars malũt fabalia mature sationis q̃ trimestrẽ fructũ ei⁹. Mãq; siliquę caulesq; gratissimi sunt pabulo pecoꝛi. Et accipit siliquas ꝓ coꝛticibus: caules ꝓ stipitibus. Idez de gẽtiana. Folio frarini sed magnitudine lactucę. Caulę tenero pollicis crassitudine cauo ⁊ inani ex interuallis foliato trium aliq̃ cubitoꝛũ. Sed qm̃ nulla penę herba maiorem caulẽ habet q̃ brassica: ideo ꝓ brassica ponitur. Similiter in arboꝛibus ⁊ in vitę.

Caulis dicit robur ad quẽ alimentum defertur ⁊ intelligitur qđ supra terrã exurgit. Planta est radix vnde alimentũ attrahit a terra. Ramus qđ a caudice exit. Surculus qui e ramis oritur. Var. Et sarmẽto caules q̃ nati sunt de his plurimũ valent. Virg. lib. rij. Puberibus caulẽ foliijs. Ponitur et ꝓ quibuscunq; holeribus. Iuue. Spes hoi: caulis miseris atq; ignis emendus: qñq; ꝓ cauda. Ply. lib. rj. Boum caudis Longissimus caulis atq; in ima parte hirtus. Idem Asinis longior q̃ equis sed setosus veterinis leoni infima parte vt bob⁹ et Soꝛici ⁊ pantheris: nõ itẽ vt vulpib⁹ et lupis villosus: sues intoꝛquẽt. Canũ degeneres sub aluũ reflectunt. Qñq; sicut docet Ser. sumitur ꝓ virili mẽbro. Qñq; ꝓ ferro: et pro quolibet hastili. Ab caulis fiũt cõpolita vnicaulis ⁊ multicaulis. Idẽ lib. rij. Est et illa differentia q̃ quedã in his multicaulia ramosaq; sunt vt carduus.

Cauliculus diminutiuũ. Ply. Hic est quidã ipsoꝛum cauliũ delicatioꝛ tenerioꝛq; cauliculus.

Caulesco is. a cauleo esse conuenit. Est qũt caulescere

virgā fieri: licet qñq ponāt ꝓfolia ꝓducere. Unde ⁊ decaulescere cōtrariū qđ significat sine foliis fieri. Ply. lib. xix. Raphanus vti iucūdior detractis foliis antecq̄ decaulescat.

Caulon oppidū quod a Plynio collocāt in prima regione italię. Et Stra. in. vi. Cauloniā appellat a loceris conditā: vbi vinū optimū nascitur. Aulon vero est mons calabrię contra tarentinā regionē vt inquit Porphirio ferax boni vini: cui⁹ meminit Mar. Mobilis ⁊ lanis ⁊ baccho fertilis aulon.

Cauma atis. latine calor. ⁊ Ξου και ομαι λέγεται. Cauſis combustio: et caulon ęstus seu ardor.

Cauſa als causea: tegimen capitis aptū calori. Val. Max. lib. v. Quēadmodū Antigonus caput Pyrrhi tegit cauſia qua velatū caput more macedonum habebat. Cauſis em̄ grece: latine combustio.

Cauſon ęstus. Inde ab Hippocrate et Auicenna cauſon febris ęstuans appellatur.

Caunus insula in mari oceano ⁊ ęstate ⁊ autumno pestilens ꝓpter ęstus ac pomorū copiā. Unde Caunū colore admodū viridi pallentesq̄ existūt in quos olim Stratonicus citharedis versu Homerico ita locatus est. Tale quidē genus est hoim quale est foliorū. Ab hac ciuitate aduehebant fici cauneę dictę. Cic. lib. ij. de ciui. Cū. D. Crassus exercitū būdusq̄ imponeret quidā in portu carycas cauno aduectas vendens cauneas clamitabat.

Caupo ge. cōis tabernari⁹ hoc ē ęsculentoꝝ poculorū/q̄ etiā vēditor. Ulp. Caupones ⁊ stabularios eque eos accipiem⁹ q̄ cauponā vel stabulū exercent.

Caupona vocat tā mulier q̄ vinū vendit q̄ ipsa taber/

Cauponius a. um. qđ ad cauponē ꝑtinet: (na vinaria. vt ars cauponia. Iust. lib. j. Iussitq̄ cauponias ⁊ ludicras artes ⁊ lenocinia exercere.

Cauponaria e. ars cauponandi.

Cauponor penulti. pro. significat lucri causa quasi ad cauponē vendito. Enni⁹. Non cauponātes bellū sed belligerātes. Ferro nō auro vitā cernam⁹ vtriq̄

Cauſa ꝓprie dicitur id ex quo vel ꝓpter qđ vel per qđ vl a quo aliquid fit. Unde quattuor causarū genera scripsit. Arist. Materialē ex qua aliqđ fit. Formalē per quā aliqđ tale sit. Efficientē a qua aliquid fit. Et finalē cuius gratia aliquid fit. Per translationē tamē causa dr ois actio quā in senatu vl in foro habemus. Uñ tria esse causarū genera scribit Cice. demonstratiuū deliberatiuū ⁊ iudiciale. Ex his tñ magis ꝓprie causa dr q̄ iudicialis est. Uñ ⁊ causam ꝓ lite ac controuersia ponim⁹. vt Cic. diligēter egit causā Milonis. Unde causidici dicunt patroni q̄ in causis iudiciisq̄ versantur. Interdū causa dicit occasio. Terē. in Eu. Jā diu aliquā causam querebar quādbrē aliqđ insigne faceret. Interdū dr excusatio: vt honesta ē causa mei discessus. Interdū ratio. Ouid. lib. j. fas. Tępora cum causis latium digesta per annū. Interdū dr origo. Uñ ⁊ quidā causam a casu dictā existimant q̄ initia ⁊ origines rerum quę cause sunt casu eueniant. Nōnulli a chaos detracta aspiratione q̄ cōfusa illa materia prima omniū causa fuerit. Alii a greco καυσις qđ ardorē seu incendiū significat q̄ causa sit quę nos accēdit ad aliqđ agendū. Alii a cauēdo q̄ ea sit q̄ cauet vt aliquid agat: aut nō agat. Et causa pars appellat. Luc. lib. j. Uictrix causa deis placuit sed victa Catoni: diminutiuū a causa est causula.

Cauſatiuus a. um. qđ est causa vt aliquid fiat: vt nimia repletio est cauſatiua infirmitatis: q̄uis etiam aliqñ cauſatiuū dicat qđ añcedentē causam significat: sicut et cauſuale: vt coniūctiones causales seu cauſatiue.

Cauſarij milites dicunt a Li. lib. vij. qui ꝓpter honestā causam puta valitudinem a militia soluuntur: quasi valitudinarij siue sontici aut qui omnino causā et admonitionē habebant ex morbo senectute ve. Terti⁹ inquit exercit⁹ ex cauſarijs senatoribusq̄ ꝑ. T. Quintio conscribatur: q̄ vbi mgnibusq̄ ꝑsidio sit. Sic cauſaria missio dr per quā milites soluunt a sacramento militari. Ulp. Cauſaria inquit missio est: que ꝓpter valitudinē laboribus militię soluit.

Cauſo as. induco efficio. Piero. ad Eusto. Sępe etenim in fabis ⁊ ordeaceis panib⁹ nimia auiditas grāde peccatum cauſat.

Cauſor aris. deponens: significat rei gestę causā affero seu reperio: et excusationē adduco. Sue. Syllanum itē socerū ad necem secandasq̄ nouacula fauces cōpulit cauſat⁹ q̄ se ingressum turbatius mare nō esset secutus. Gel. Negociū sibi esse cauſat. Virg. Cauſando nostros in longū ducis amores. Cauſari etiā culpare est. Piero. cōtra Uigil. Cauſabant quondā apostoli q̄ periret vnguētū: sed dñi voce correcti sūt Idē contra Ruſi. Quicquid em̄ in me nō feciſſe cauſaris quare nō ipse feciſti?

Cauſifico: causam dico. Plau. in aul. Non cauſificor quin ego illā habeam potissimum.

Cauterium: instrumentū est quo note imp⁹imuntur: et morbi alioquin insanabiles inuri solēt. Preterea cauteriū in pictor instrumētis cōtinet quo bituminationes ⁊ fortiores quedā cōglutinationes concoquunt.

Cayſter fluui⁹ Lydię sardibus ꝓximus απο του καιεσθαι hoc est amburi qm̄ ꝓpinquus sit catace caumene que pars est Ephesię ꝓcerrima ⁊ deultę similis nulla ꝑter vitē arbore ſꝫ vino ꝑstantissimo qđ Uictr. et Ply. catacecaumenitem ex hac origine denoiant. Hinc Caystran⁹ campus. Stra. Post egressum caystri amnis lacus est selenusius cognomine in alterū statim lacum interfluens.

Caystrus femi. ge. vrbs est Lilicię mediterranea.

Cecrops: prim⁹ athenienſiū rex qui annis quinq̄gīta regnauit. Hic athenas instaurauit. A cecrops fit cecropius a. um. possessiuum. Virg. lib. iiij. Georgi. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. Cecropis idis. patronymicū femininū. Et Cecropide athenienses dicti sunt. Suidas noster. κεκροψ αι γυπιοσ ωρ τογενοσ ωκησεταο αθηρασ οθεν κεκροπιδαι οι αθηναι.

Cecryphalea ꝓmontorium seu insula in peloponneſo vbi athenienses ab egyneptis prelio supati fuerunt.

Cedo is. ſſi. ſſum. vide in dictione cedo is.

Cedrus: arbor maxima q̄ in ędificijs vtilitatē ꝑstabat: eo q̄ humōi materies ⁊ procera sit nec onerosa parietib⁹. Eius folia ad cupressi ſilitudinē respondēt lignū iucūdi odoris ē et diu durans nec a tinea vnq̄ exterminat. Virg. lib. ij. Geor. Dant alios alię fetus dāt vtile lignū Mantugūs: pinos domibusq̄ cedrum atq̄ cupressos. Ex hac arbore nascit oleum qđ cedreū dr vt Uictru. ij. inquit. Quo reliquę res cum sunt vncte vti etiā libri a tineis ⁊ carie non ledunt. Juxta quem sensum Persi. dixisse videt. Et cedro digna locut⁹. Hinc fit nomē possessiuū Cedrinus a. um.

Cedrea primus sudor qui defluit in canali dum pix fit: qui tanta ē vis vt in egypto corpora hominū defunctorū ea perfusa seruentur.

Celene pluralis nūeri tm̄: fuit vrbs phrygię. Luc. Lugent damnatę Phebo victore Celene. Potest tamē declinari singulari nūero Celena e.

Celeno cū diph. fuit vna ex harpyis: et atrum seu tenebrosum significat: grece κελαινοσ.

Celebris ⁊ hoc celebre penul. cor. distinguit a frequēti q̄ frequens dicat creber de loco: siue de re aniata: vt frequens miles: frequēs senatus. i. creber copiosus: multus: frequētes dom⁹. i. crebrę multę. Aliqñ dr q̄

ab alijs frequentat: vt frequēs locus: frequēs tēplū in qō multi ꝓueniūt. Et infrequēs parū frequentatū vt infrequēs forū in qō pauci vl raro cōueniūt. Phēnix infrequēs auis. i. quę rara reperit. Lice. Rei militaris te infrequentē tradidisti. i. fugientem a signis z raro i pugna interessentē. Celebris vero ,ppie dicit velox. Acti⁹ Celebri gradu celerasse decet. Qm̄ ꝙ accelerare gradū: frequentare est: factū est vt celebre ꝓ frequenti accipiat: et qui in omniū ore versatur. Et hoc passiue tam ad rem q̄ ad personam relatam. Lice. lib. ij. ad Weren. Locus querit celebris ne sit: an desertus. i. qui celebrat. Hinc celebritas frequentia, Quin. Ante oīa futur⁹ orator cui in magna celebritate z in media rep. viuendū est assuescat a puero non reformidare homines.

Celebro as. frequento. Var. Cui non tam cura erat vt templa deorū q̄ vt popinas celebraret. Per translationē tū qm̄ quę frequentam⁹ etiā colimus: celebrare ,p colere z venerari ponit: z celebritas ,p cultura atq̄ honore. Hinc celebrare laudibus z virtutum celebritate dicimus. Ires celebriorem et celeberrimum ꝓ honoratiorem et honoratissimum. Celebriter: cum cultu z honore.

Celebresco: celebris fio. Actius. Et qualiscunq̄ fama celebrescat tua.

Celetes: penulti. pro. grece ἐπὶ κελεύσῳ κέλητες et horror: vocant equi q̄ ad cursū soli adhibent siue bigis vel quadrigis etiā nauigia vt his tēporibus fieri solet. Mā q̄ bigis quadrigisve adhibebāt ad cursum desultorij dicebant. Ply. Antiq̄ celetas tm̄ dicebāt in sacrz. Postea ꝺo z q̄ bigis vel quadrigis vicissent latine dicunt desultorij: q̄ ex his facile desiliatur.

Celer idem est qd velox: a quo celerrim⁹ et celerissim⁹ siue suplatiua ꝑm Prisc. Celero as. pen. cor. celeriter aliquid facio: a quo Accelero cōpositum.

Celeusma clamor nautarū: z aliorum cū vno aliquid iubente oēs vniformiter respondēt: quasi sibi inuicē iubentes. Hie. apud Hieremiā. Celeusma quasi calcantiū ꝓinde aduersus oēs habitatores terrę.

Cello as. abscondo siue sciri nolo. Et construit modo cū vno dūtaxat actō, Lact. lib. v. Utrū ne profitebit fugitiuū se vel pestilentē domū vendere: an cellabit emptorē. Modo cū duob⁹, Plau. in Bac. Medepol fecisti furtū grati malū cuz istec flagitia me cellauisti z patrē tuū. Modo cū ablō mediāte ꝓpositiōe. Cice. Treba. Sed bassus noster de hoc me libro cellauit. Et cū passiue ponitur res siue persona per quā quis aliquē cellauit ponit in nominatiuo. Teren. in Eu. Vbiubi est diu cellari non potest.

Cello is. quo veteres vrebantur pro cedo: nunc cōpositis tantum vtimur excello et ꝓcello: quod est excedo et antecedo.

Cellus a cello: altus: sublimis: excellens. A quo celsitudo ,p excellentia.

Cellatim aduerbiū significat abscōdite. Gel. Qꝫ maxime cellatim poterat in insidijs duo disponit.

Cella dicta est q̄ in ea cellentur quę esse volumus occulta. Greci Apothecam dicunt in qua res esculētę z poculentę reponuntur ꝙuis ꝓprie apotheca cella vinaria sit. Capit autē cella significationem vt illi adiectiua iunguntur: vt cella vinaria: cella olearia: cella farinaria: cella pomaria: cella lignaria: cella libraria: cella cascaria. Et omnis locus in quo quid reponitur cella dicit. Unde Virg. Fauorū cauernas cellas vocauit cū ait. Distendūt nectare cellas. Ires loca in quibus lauamur aut vngimur in domo cellę dicunt et loca quo religiosi se ad quiescendū cōferūt cellę vocantur. A quo noie Hier. formauit diminu. Unaquęq̄ inquit cellulam adeat: benedictione matris suscepta. Et cella pars tēpli erat sacratior in quā ingredi fas non erat. Unde apud Gel. legitur Scipionem in capitoliū venisse: iussisseq̄ cellam Iouis aperiri: ibiq̄ solū demoratū fuisse. Liui. li. iij. In cella Iouis optimi maximi habitaret exul.

Cellarium videtur ea figura dici: qua granariū panarium: vt pro cella acreposito accipiat. Sed est paucorū dictū: penu longi tēporis. Hāc cellā promptuariā seu promptuariū appellāt in quo condunt z ex quo promunt ad victū necessaria. Hier. Consydera te cozuos quibus non est cellarium: neq̄ horreum et deus pascit illos. Unde in sacris litteris cellaria ,p sepulchris poni solent: vt ē illud prophetici Populus meus intra in cellaria tua: aliquantulū donec ira mea transeat. Ubi Hiero. Cellaria sepulchra significant: de quibus hoc vtiq̄ ,pferē q̄ conditū fuerit. A penore etiā is loc⁹ penarij z penuaria seu penaria cella nūcupat. Li. in ver. W. Lato sapiens cellā penuriā reip. nr̄ę nutricē plebis romanę siciliā noiauit. Huius diminu. est cellariolū. Hiero. Sunt z culinę in tēplo: sunt z cellariola.

Cellarius qui in cella prepositus est: vt rationes saluę sint: aut penoribus recōdendis. Col. Et cibus z potus sine fraude a cellarijs ꝓbeat. Plau in capt. Prome q̄duis te facio cellariū. Idē cellarios promos: et condos vocat q̄ z deintus promāt: et intus condāt. Ait em̄ in pseu. Promus z cōdus sū ,pcurator penu. Uso. Promusq̄ condus magis.

Cellaria locus vbi conditur vinum. Plau. in mil. Ego eiiciar cellaria.

Celox genus nauiculę breuis a celeritate. Apul. lib. de repu. Qui celocē regere neq̄t: onerariā petit. Hanc z celotim vocant z oryam. Hanc rhodij inuenerūt.

Celte populi gallię: qui cū venissent ad Iberum hispaniarum fluuiū: ibiq̄ consedissent retenta ꝓmi nois parte: et assumpta parte fluminis iurta quod consederant Celtiberi dicti sunt: et regio eor Celtiberia. Uā Lu. lib. iij. Profugiq̄ a gente vetusta Gallorū celte miscentes nomen iberis.

Celtiberi populi in hispania a celtę gallis z iberis hispaniarum consociatis dicti sunt celtiberi. Unde Sirius Uenere z celte sociati nomē iberis. Luca. Gallozum celte miscentes nomen iberis. Stra. Quadrifariam diuidit celtiberos: fortissimi omnium qui ad ortum ac meridiē siti sunt originē trahētes. A quib⁹ celtibericus/celtiberica/celtibericū nomē possessiuū: vt bellum celtibericum.

Celticum ,pmontorium hispanię in oceanū ,pcurrens.

Celiaci dicunt qui ventris fluxum patiunt. Var. Qui ex flozibus nucis grece z cozno fiūt celiacas fieri acq̄ vrina pota refici.

Cenchris auis gen⁹ z latine tinnunculus ꝺr a tinnitu vocis ex accipitrū genere quē Aris. lib. vj. de aialib⁹ solū ex adūco genere q̄terna: et eo plura oua parere dicit. Dicta cenchris quasi miliaria: est z cenchris vt inquit Hiero. Locus cozintho vicin⁹ immo portus ipsi⁹ cozinthi: vt ē illud apost. Cōmendo vobis Seben sozorē nostrā ministrā ecclesię: q̄ est Cenchris.

Cenomani fuerunt populi gallię cisalpinę: quorum caput vbs ozixia fuit.

Cenos latine vacuus. Unde cenodoxia inanis gloria. Mā cenodoxia cū g. diph. noua gloria καινοσ enim nouū ꝺr δοξα gloria Cenodoxia cōis gloria.

Cenotaphium vacuū sepulchrū οὗ κενοσ λέγεται καὶ θαφοσ απο του θαπτειν sunt em̄ ponit in tēplo ad officia mortuorū.

Censeo es. sui. itum. pen. cor. significat existimo. Liui. lib. vj. de bel. pu. Censent eo venturū obuiam peni. Item censere/constituere/deliberare. Nam senator censet cū sententiā dicit de eo quod sibi videt assentiatur cum alienam approbat. Cū dicimus senatus sli

quid censuit. A quo etiã cẽsorius nomẽ tractũ videt. Trẽ censere succẽsere significat. Var. Me vobis censeã si ad me referret? Trẽ est in estimatiõe esse. Boe. in top. Qñ facidi liberi tres partes sunt. Una quidẽ vt censu liber fiat. Censebanẽ em̃ antiquiº soli ciues romani. Inuenit etiã cẽsio is. iui. itũ. pe. p. Qui. Præsto recensit; euoluere secula fastis. Cõposita a cẽseo sunt Accẽseo; pcenseo: qõ est perfecte censeo: numero Col. Rusticatiõis magna ꝛ diffusa materia est parteſq; si velimus eius pcensere: vix nũero comprehendim̃. Recenseo ꝛ succenseo.

Censor qui censurã gerit. Censores magistri morum erant a censendo. i. arbitrando dicti: qꝝ illis summum arbitriũ erat aliorũ morũ. Var. Censor ad cui⁹ censionẽ. i. arbitriũ censẽt populus. Festus. Censores dicti qꝝ quisq; tanti sua estimaret quantũ illi censuissent qõ non absurdum videtur: quia ꝛ rerum ꝛ morũ censores erant. Vñ Plu. in emilio. Censura maxime oĩm magistratuum reuerentię: plurimę potestatis tum in alijs rebus: tum maxime ad morũ emendationẽ. Mã senatores e senatu remouere potest; queuos ex plebeis grarios facere: notare infamia: censũ agere: lustrum condere. Erant autẽ duo censores: qui quinto quoq; anno creabantur.

Censorius vir: qui censor fuit: vl qui dignus est vt censor sit ꝓpter morũ grauitatem qui alios iudicet. Frequenter cũ iũgit reb⁹: vt censoriũ dictũ qõ est censoris: seu qõ ad censorẽ pertinet.

Censuales. qui censoribus assistunt: famulant. Sido. ad namatiũ. Virtus turmę censualiũ: emulatoꝛ cõsulis ꝓxime proximus eram.

Censio castigatio. Vñ censionẽ facere dicebant censores cũ mulctã equiti irrogabant.

Censura censoris dignitas: sicut a ꝓtore ꝓtura/sicut cũ dicimus. Censor qui gerit cẽsurã. Accipit interdũ ꝓ seueritate correctione decreto ꝛ lege.

Census us. annuus redditus: ꝛ quicquid fortunarum quis habet. Quin. Abiere vires census mẽs. Vñ q̃ centũ milia grie in ꝓfessionem detulissent censi dicebant. Cẽsus equestris cõstabat ex sestertijs. cccc. Trẽ census dicebat estimatio rerũ ac bonorum facta ꝓ quã tributa pendebant. Vñ censum agere ẽ recẽsere hominũ facultates. Et census dicebatur qõ principi aut grario soluebat viritim.

Census censi significat eũ cui⁹ bonis factus est census. Unde capite census: ꝛ capite censi.

Censum. Euboee ꝓmontorij in septentrionẽ directũ.

Centauri thessalie populi secus pelium montem habitantes qui a poetis fingũtur esse media parte viri et media equi: originem ab Ixione trahentes agrestes admodum. Qui primi pugnare ex equis ceperunt: ꝛ a stimulãdo calcarib⁹ eq̃s centauri dicti sunt: ἀπο τοῦ κεντεῖν: quod est pungere ꝛ stimulare: quia furentem taurorum gregem telis confecerunt: propter quod hippocentauri. i. equi stimulatores appellati sunt. His proximi erant lapithę iuxta Othrin mõtem eiusdem prouincię cum quibus bella gesserunt. Centauros ab Hercule victos interfectos ostendit Diodor. Dicti sunt nubigenę quasi filij nubis: quoniam in castello habitauerunt nomine nephelę νεφε λη quod significat nubem. Centauri a latinis breuitatis causa dicti: nam hippocẽtauri dici debuerunt. Nam hippos equus κεντεῖν pungere ſupa rota calcaris: quia cum superius essent homines inferius erant equi. Sed diuus Hieronym⁹ de Paulo ꝓmo eremita: ostendit Centauros animalium genera esse cum inquit. Etiam media dies coquente iam sole desuper feruebat: nec tamen a cepto itinere abducebatur: dicens. Credo in deum meum qꝝ seruum quem mihi promisit: ostendet: nec plura his cõspicit hominem equo mixtum cui opinio poetarum cẽtauro vocabulum indidit. Quo viso salutaris signo armat frontem. Et infra. Verũ hoc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit: an vt solet eremus monstruosorum animaliũ fęrax istam quoq; gigneret bestiam incertũ habemus. Cẽtaurus etiã genus nauis est: vt apud Virg⁹. libro. v.

Centaurea siue centaurion genus herbę. Actius autẽ greçus medicus κενταυριου του μεγαλου ηρηϛα et subdit. προτεπουσα κατα μηρια καὶ εμβρυα ϗακρακαϛα σπωσα κενταυριον δε μακρου ηρηϛα ξηραϊκη. et multa alia.

Cento velum laneum: quod lana aut tomento consertum vt ictus nullos patiatur. Cęsar. Eamq; cõtabulationem summam lateribus lutoq; constrauerunt: ne quis ignis hostiũ nocere posset: centoneſq; iniecerũt ne aut tela tormẽtis missa tabulationẽ perfringerent: aut saxa ex catapultis lateritiũ discuterent. Sisen. libũ. iij. hist. Aceto madefactis centonib⁹ integuntur: quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtegunt. Quidã centonẽ pro stragulę genere super quo cubare solent. Cato lib. j. de re. rust. Centonẽ posuit ꝓ vestimẽto rustico: hoc est ꝓ interiore vestimẽto qõ superiubucula superindui solet: bombyce inserta. Tres inquit centones queris: sex culcitras: nouẽ instragula. Similiter et Macrobius dũ scrophã sub centonib⁹ iacere scribit rusticã vestem esse declarat. Fieri aũt centones ꝓstat ex pannis diuersorũ colorũ: vel lanis in vnum condensatis atq; consutis. Unde Homerocentones et Virgiliocẽtrones quales fecit Proba Falconia: definit Ausonius poeta qd sit centonis varijs de locis: sensibusq; diuersis quędam carminis structura in vnum solidata versum vt coeãt: aut cesi duo: aut vnus ꝛ sequẽs cum medio. Nam duos iunctim locare ineptũ est.

Centrum punctum sphęrę aut orbis medium certissima obseruatione distinguit. Nam in omni orbe vel sphera medietas centrũ vocat. Aug. lib. xiij. de ciui. dei. Hanc animã Plato ab intimo terrę medio qõ geometre centrũ vocant: ꝓ oĩes partes eius vsq; ad cęli sũma diffundit: ꝛ extendi ꝓ nũeros musicos opinatur. Apul. in cosmographia cardine inquit mũdi. Sic em̃ dixerim centrũ habet tellus. Hinc fit contralis adiectiuũ. Ply. lib. ij. Quindecies ꝛ plurib⁹ suberit q̃ terra centralis interueniat. Alias centron.

Centum nomen numerale ꝛ indeclinabile vltra centũ variatur: vt ducenti: trecenti: quadringẽti: quingẽti: sexcenti: septingenti: octingenti: noningẽti. Hinc centenus a. um. vt centena milia: sic ducentenus: trecentenus: quadringenten⁹: quingentenus: sexcentenus: septingentenus: octingentenus noningẽtenus. Centuplus: ducentuplus: trecentuplus: ꝛ reliqua. Centesimus: ꝛ deinceps. Centies quoq; aduerbiũ: ducenties: trecenties: quadringenties: quingẽties: sexcenties: septingenties: octingenties: noningenties: Centenarius: ducentenarius ꝛc.

Centuria in re mil. centum continet hoĩes qui sub vno centurione sunt quorũ centenarius iustus est nũerus Iter. lib. j. Re. Satrapę philistym incedebãt in centurijs ꝛ millibus. Centurię in agris signant ducenta iugera. Centuria a centũ iugerib⁹ vocabiſ: sed mox duplicata nomẽ retinuit inquit. Col. libro. vj. Sicut tribus dictę ꝓmũ a partib⁹ populi tripertito diuisi: q̃ tñ nũc multiplicatę pristinũ nomẽ possident.

Centurio ꝛ centurionus dicitur quia centum peditib⁹ prędest: quia singulę centurię centum militibus constabant. In exercitu enim miles centurioni: Centurio tribuno: Tribunus legato: Legatus consuli obediebat. Sed seorsum magister equitum solum dictatori obtęperabat. Centurio aũt dicebat primipilus.

Danubius ⁊ danubium dicitur. Ser. Ister fluuius est scythię qui ⁊ danubius noiat. Sal. Momenq̃ danubiũ habet in iugis germanię montis Sarnobę orit ꝓ innumeras gentes dicit Danubius: vbi Illyricũ attigit Ister. lx. amnibus acceptis in mare inuoluit. Amb. lib. Her. Danubius de occidentalibus partibus barbarorũ atq̃ Romanos intersecãs populos donec ponto ipse condat.

Danaus egypti frater Argiuorum rex: qui anno egressionis populi Israel. xxxvij. Sthenelo rege expulso argos tenuit: ibiq̃ quinquaginta annos regnauit. Genuit quinquaginta filias: quę belides dicte sunt. Hę vna nocte viros suos egypti filios ꝓter vnam interfecerunt. A Danao fit patronymicũ femininũ danaides. Sene. in Hercule. Ut neq̃ frustra Danaides plenas ferunt.

Danae cũ e. sed non diph. grece δαρᾶ: nomen Acrisij filię. Aliquando tamẽ diphthongus diuiditur: vt apud Ouidiũ lib. ij. de tris. Quid danaen danaesq̃

nurus matremq; lyei.

Dapes sunt magnifici ⁊ oppiparī apparatus. Var. Illa quidē lauta ē: dapibusq; instructa supbis. Sed nihil omnino te recitante placet. Hinc dapalis cena q̄ diuersis ⁊ amplis dapibus constat. Plī. Pauonē cibi gratia Rome primus occidit orator Hortēsius dapali cena sacerdotū.

Dapaticus a. um. quod est amplū ⁊ magnificū vt negocium dapaticum.

Dapsa apud veteres genus sacrificij: qđ fiebat: aut hyeme seuienti: aut vere a gręcis δαψ vocat.

Dapsilis penul. cor. repta: abundans/liberalis. Greci δαψιλεα largum dicunt. Colu. lib. iiij. Et spionia dapsilis musto. δαψιλειαν largitatē abūdantiā rerum liberalitatęq;. Ān nostri quoq; dapsiles aliq̄s lautos ⁊ liberales appellant. Plaut. in Aul. Istas magnas factiōes dotes dapsiles: mihi mor. or: id est affluentes ⁊ largas. Dapsile aduerbiū abundanter. Suet. in Uespa. Sed ⁊ cōtinuabat assidue: ac sępius recte ac dapsile.

Daphnis latine laur⁹. Fuit (teste Seruio) Mercurij filius formosissimus.

Daphne proprium nomen puellę nymphę ⁊ daphnę vt docet Stra. nemus apud Antiochenses. Uide in dictione Epidaphne.

Dardanus nomen electrę Iouisq; filij. Qui cum Iasium fratrem interemisset: inde fugiēs samothracian deuenit. Unde Virg. His ortus in agris Dardanus Ideas phrygię penetrauit ad vrbes Threiciam q̄ samon: quę nūc samothracia ferē. Et ab ipso Dardano dardania regio in phrygia vocata est: ⁊ dardanide populi. Hic Erichthonij genuit q̄ filiū habuit Troem: qui Troiā: quę prius dardania appellabat: a suo noīe vocauit: hic filios habuit Assaracū ⁊ Ilū: qui vrbem regiā a se Ilion nominauit. Huius filius fuit Laomedon Priami pater.

Darideus nomen regis Persarū tēpore Tiberij Caij et Claudij imperatorum.

Darius nomen regis persarū: qui. xxxvj. annos regnauit: cui Xerses filius ex atosa Cyri filia successit in regno. Hoc nomē habet penul. pro. qm̄ apud gręcos scribit per ei diphthongum.

Daricus penul. cor. numisma persicum darij imagine percussum.

Darmentius fluuius Heduallorū sese per cōfragosa loca in Rhodanū p̄cipitans.

Dasea densitas spiritus ⁊ signū est vocalis aspiratę.

Dardanarij dicūtur propole qui omnia prędemunt vti demum carius vendant. Dicti a dardano quodā cōtaminatissimo ⁊ p flagitiosissimo Hago a quo etiā dardanię artes a Colu. vocantur magicę. Eius sunt verba. Et si nulla valet medicina repellere pestem: Dardanię veniunt artes.

Datatim aduerbiū significat in vicē dando. Plau. Tū isti qui pila ludūt serui scurrarū datatim in via.

Datarius: qui in postulationib⁹ ac litteris manu pontificis maxime subscriptis diem ⁊ locū notat: quibus date sunt litterę. Datarius a. um. quod est dandum. Lingua vernacula dadare. Plaut. Ebo an nō prius salus? Nulla est mihi salus dataria.

Daunia Apulia: a Dauno Illyricę gentis claro viro: qui eam condidit.

D Ante E

De prępositio est: quę separata modo significat απο Hoc ē a: vel ab: vel ex: vt audiui de patre meo. Dō περι: vt cum dicimus de partibus oratorīs. περι μεροων τουλογου. Modo propter. Teren. in Eunu. Quātū me amas de fidicina hac. Modo deorsuz sicut sus deorsum. Unde susq; deq; fere veteres dicebant. Hoc est sursum an deorsum res ferat: parui facio. Modo memoratiuā vim habet: vt Cicero scripsit de officijs. Modo significat non: vt delūbe: quod est nō habens lumbos. Composita interdum auctiua est: siue intensiua: vt deamo: deprauo. Interdum diminutiua: vt decresco: deferuesco. Interdū priuatiua siue negatiua: vt desperatus: demēs: dedecet. Interdū localem vim obtinet: vt deambulo: descendo. Interdū deficientē vim sui simplicis indicat: vt disco dediscō: tego detego: docco dedoceo. Interdū est honoris exhibittiua: vt defero: deduco. Significat quādoq; in totū vel omnino: vt demando. Quādoq; aperte seu palam: vt demōstro. Componitur autē cū dictione incipiente ab a. vt deamo: b. vt debaccho:: c. vt decerno: d. vt deduco: e. vt deerro: f. vt defero: g. vt deglutio: h. vt dehisco: i. vt deūcio: l. vt delabo: m. vt demiror: n. vt denudo: o. vt deosculor: p. vt depello: q. vt dequtio: r. vt deriuo: s. vt deludo: t. vt detrabo: v. vt deuenio. Patitur tū nonnunq̄ elisionē metri gratia: sicut in deinde et dehinc. Virg. Oscula libauit natę dehinc talia fatur: vbi elidit ē. et dicimus dehinc.

Debabeo es. significat non habeo. Hiero. ad Eusto. Ita ille moderat vniuersa: vt nemo quid postulet: nemo debabeat.

Deamo valde amo: qđ vulgo ōr cordialit amo. Ter. in heau. Me ego sum fortunatus deamo te Syrę.

Deambulo de loco ad locum: vel hinc inde ambulo: vt sit salutis vel relaxationis causa. Teren. in adel. Deambulare huc libitū est. August. lib. v. con. Ante tribunal deambulabat solus.

Deambulatorium locus in quo deambulamus.

Deartuo as. q̄si per artus incido. Plaut. in Cap. Tū igit ego denūciatus deartuat⁹ sum miser.

Deauro as. a summo vel ad imū auro: vñ deauratus.

Debacchari ꝓprie est prę ebrietate valde furere. Ter. in adel. Satis debacchatus iam leno es: audi si vis nunc: egone debacchatus sum in te an tu in me? Per translationē ꝺo dicit cū quis ira percitus furit.

Debellare bello vincere vel capere: et ꝓprie debellamus hoies: erpugnamus castra/vrbes/naues et huiusmodi. Plī. lib. vj. Darium Alexander debellauit.

Debilis ex de ⁊ habilis: q̄si parū habilis: hoc est male habitudinis. i. infirm⁹. Hinc debilitas: ⁊ debilito as.

Debeo es. debui itum pertinet ad omnia: quibus deuincti sumus: quod vulgo teneor: seu debitor: siue obligatus sum dicitur. Cicero. Planco. Perfice vt ne minus respu. tibi q̄ tu reip. debeas. Idē Seruio Homo ⁊ maximis meis beneficijs deuinctus ⁊ prope omnia qui mihi debere aliq̄d videt gratissimus. Aliquādo debere est dare debere. Plau. in Cur. Berus mihi videor subduxi rationcula q̄tū eris mihi sit: q̄tumq; alieni sit: dimes sum si nō reddo eis quibus debeo. Salu. Res aūt opportuna videt q̄ eis priuatim egregia liberalitate publice maximis muneribus grandē pecuniā debeat. Sed cū accipit ꝓ eo qđ vernacula lingua dicimus douere: verbū familiarium est: vt tu debes legere.

Debitor ꝓprie dicit is a quo inuito exigi pecunia pōt: inquit Modestinus.

Debitio ipse actus. Cic. Perq̄ dissimilis est pecunię debitio et gratię: nā qui pecuniā dissoluit statim non habet id qđ reddidit. Qui autē debet ęs retinet alienum. Gratiā autē ⁊ qui refert habet: et qui habet in eo ipso quod habet refert.

Debitū ⁊ participiū ⁊ nomen esse potest. Ān nomen significat id qđ debet: vt oē debitū dimisi tibi. Ān participiū ōr obligatū. Liui. lib. xxij. Cū Romanus plures q̄ penus reccpisset: argentūq; pro eis debitum sępe iactatum in senatu re quā tunc cōsuluissent

patres tardius erogaretur.

Decacumino as. penul. cor. cacumen pręcido: siue cacumine priuo. Col. lib. vj. Potest etiam vlmus sic disponi: vt adhuc tenera decacuminetur: ne altitudinem. xv. pedum excedat.

Deca grece Δέκα latine decem. Decatos decimus. Decas adis. numerus denarius seu quicquid nūerū denarium continet: vñ Liuius libros suos decadas nūcupauit q̄ decē volumina singulę ptinerēt. Item decadas decēnalia spatia nūcupamus.

Decapolis penu. cor. Judeę regio est decē vbiū trās Jordanē. Hanc multi cęsaream esse dixerūt.

Decarchon greci eum appellant q̄ decē ħest equitib⁹.

Decachordiū instrumētū musicū decē chordas hns.

Decalogus penul. cor. sacrū volumē quod decē legis pręcepta continet.

Decaphoros pe. cor. lectica quę fertur a decē hoibus: sicut hexaphoros quę a sex.

Decadoros penul. pro. longus decem palmis.

Decalicatum calce litum.

Decaluo. Vide in dictione caluo.

Decedo is. significat discedo: proprie vero a mādato custodie loco recedo: vt consules de ꝓuincia dicunt decedere: z presides de vrbibus. Et decedere ē decorum ire siue minui. Lactan. lib. j. Id aūt solidum existimandū est: cui nihil decedere id pfectū cui nihil possit accedere. Decedere via est per errorē siue honoris gratia digredi. Suet. in Cęsa. Et cū luminib⁹ extinctis decessisset: via diu errabundus tandem ad lucē duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. Idē in Tibe. Nec mirū cum palā esset ipsum quoq; eisdē assurgere z decedere via. Plau. in Tri. Decedā ego de via: de semita de honore populi. Rursus decedere ponit ꝓ mori. Et p se plenū est: vt subintelligat vita tanq̄ de custodia z gubernatione corporis ꝓficisci: vt eo modo dicat decessit: quo defunctus est. Cice. tū in Lato. dixit. Aetat⁹ pythagoras sine iussu Imperatoris dei presidio z statione vitę decedere pro discedere: sed semper abltū desiderat: vt excessit e vita.

Decerno is: proprie statuo: constituo: definio: siue de magnis rebus certam sententiā ꝓfero. Ūñ z senat⁹ decretū. Cic. lib. j. offi. Quare expectāda: quidā magis ē decernēdi ratio q̄ decertādi fortitudo. Terē. Quicquid peperisset decernerūt tollere. i. deliberarūt. Per translationē vero ptinet ad ea q̄ sunt dimicatiōis. Liui. lib. j. Obuiā egressi vt potius acie decernerent: q̄ inclusi de tectis dimicarent.

Decerto as. frequentatiuū Amō. Unguentati spectare solent non decertare.

Decermina dicunt quę purgandi causa decerpuntur.

Decretū nomen id significat quod definit. Unde decreta pontificū cōstitutiones dicunt. Decretū participiū vt cū dicim⁹ Decretū est. i. statutū et definitū. Decreta senatus a consultis sic distinguūt ab aliqui b⁹ vt decretū dicāt particulā quādā esse senatusconsulti vt cū ꝓuincia alicui decernit tanq̄ decreta sint specialia: consulta generalia.

Decretorius a. um. ponit pro iudicario in quo. s. iudicium ferri potest vt dies decretorius qui z criticus Aliqñ dicit quod est decretum firmatū extansq̄ ad aliquid arguendum iudicandum ve. Quinti. At quidam litigationibus suis illū modo ambitiosum declamandi sudorem prestitisse contenti cū turba laudantium destituunt: subsellia pugnamq̄ illam decretoriā imperitis ac sepe pullatę turbę relinquūt. Decretorium sydus et tēpus decretorium dicitur id ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro sumitur iudicium. Pli. lib. xviij. Res summa vitium agitur decretorio vnius sydere illo quod canículam appellauim⁹. Ūñ carbūculatę dicunt vt quodā vredinis carbone exustę. Idē. Aquila exorit vesperi decretorio die florentibus oleis.

Decerpo ex de z carpo: significat detraho: siue inde carpo. Unde decerpina.

Decet conuenit: honestū est: aptum est cōsentaneū est. Cice. li. de opti. di. genere. Decere inquit q̄si aptum esse: ꝓsentaneūq̄ tēporis ac psonę. Quod tū in factę sepissime: tū in dictis valet. In vultu deniq̄ z gestu z incessu. Contra itēq̄ deducere. Et modo psonale est. Ouid. de reme. Lude decent animos mollia regna tuos. Modo impersonale: quod nōnunq̄ cum datiuo construitur. Ter. Facite ita vt vobis decet. Plaut. Mobis decet esse bonis. Minc contrariū est dedecet qđ est incōueniens/ineptum/turpe/ siue inhonestum. Ouid. libro. vj. meta. Admouiq̄ preces quarum me dedecet vsus. A decet sit decens conueniens/decētia/decenē: decus decor decorus decorū z decoro. Cōposita sunt cōdecet/ indecet/ z dedecet pe. cor. A quibus condecens/indecens/condecētia/ indecentia/condecoro z indecoro.

Decor oris. penulti. ꝓducta mascu. generis est quasi pulchritudo quędā. Virg. lib. v. Et dorycli cōiunx diuini signa decoris. Hinc decorū pulchrū: et decore pulchre. Decoro as. pe. p. quod est pulchrū visu aut auditu facio: siue orno. Unde decorū z indecorum substantiua dicunt: significatq̄ decorum decentiam quādam rebus personis locis siue in loquendo accommodatam. Unde si quis inducat agricolam ea loquentem quę ad philosophū pertinent: hunc nō seruare decorū dicimus. Aliquādo etiā ad virtutes transfertur: et appellatur decorum non tam ipsum honestum q̄ quod hominibus z communi opinioni honestum videtur z pulchum et approbabile. Li. de opti. genere di. Atq̄ illud indecorū quod quale sit ex decore debet intelligi. Est et decorus a. um. et Indecorus a. um. Quinti. lib. iij. Cuncta corrumpit ac propemodū perdit indecora vel voce vel gestu pnunciatio. Decor oris. pe. cor. z adiectiuū a decus deriuat: pro decorus a. um. Sal. lib. iij. Equis z armis decoribus vultus. Inde fiunt cōposita indecor z dedecor. Uir. lib. x. Nec tū indecorē tua te regina reliquit. Sta. li. iij. the. Legimus indecores. Inuenit tñ hic z hęc indecoris. Accius. Cui⁹ sit vita indecoris morem fugere haud quenit. Virg. li. xij. Nec genus indecoris sine me hęc haud mollia fatur. Ubi patet indecoris substantiuū esse. Mā si adiectiuū esset indecore dixisset. Jūgit. n. neutrū cōmuni: vt paupere regno. Salu. li. iij. Dedecores militiq̄ terga ab hostib⁹ cedebant. Ascen. Monius quidē indecoris: sed plures legūt indecores vt sit indecores genus p synecdochen dictū.

Decus oris. penultima cor. et generis neutri honor ob excellentia ex rebus gestis est. Uir. lib. v. Oblitus decoris q̄ sui sociumq̄ salutis. Huius cōtrariū est dedecus: quod ꝓ ignominia siue infami turpitudinis genere sumitur. Capitur quandoq̄ etiam decus ꝓ honesto: cū quid honeste fit z dedecus pro inhonesto. Hinc decoro as. pe. cor. quod ē honesto seu honorifico. Hor. At bene nūmatū decorat suadela venusq̄. Bel. Leonides laudat qui simile apud thermopylas fecit: propter eius virtutes omnis grecia gloriam atq̄ gratiam precipuam claritudinis inclytissime decorauere monumētis/signis/statuis/eulogiis/ historiis/aliisq̄ rebus gratissimum id factum habuere. Unde decora militie/laudes/honores/honestamenta militi in bello comparata. Sta. lib. the. Terrarū decora alta viri decoriq̄ iugales. A decoro fit ꝺdecoro pro honesto. Ꝺedecoro pro vitupero: siue turpifico. Ter. in hecy. An quicq̄ pro istis factis di-

gnum te dici potest quę me ⁊ te et familiam dedecoras. Et his omnibus patet: q̄ plus est decus q̄ decor ⁊ plus ē dedecus q̄ indecorius: ⁊ decoro penul. correp. q̄ decoro penu. p;o. Quoniā decoro penul. cor. significat honorifico. Decoro penul. p;odu. pulchrum visu aut auditu reddo. Unde decorum ⁊ indecorum minus est q̄ decus et dedecus. Cice. lib. j. offici. Sin aliq̄n necessitas nos ad ea detruserit quę nostri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura meditatio: diligētia: vt ea si nō decore: at q̄ minime indecore facere possimus.

Decorū penulti. p;o. appellat quod greci p;epon dicunt cuius vis ea est: vt ab honesto non queat separari. Nam ⁊ quod decet honestum ē: et quod honestum est: decet. Decorū inquit Cic. lib. de offi. id esse quod consentaneum sit hominis excellētię quod ad p;udentiam/ad fortitudinem/ad iusticiā/ ad temperantiam pertinet: et in omni honestate versatur. Est ⁊ decorū: quod ⁊ poetę sequuntur: cū id quod quaq̄ p̄sona dignū est et fit ⁊ dicitur.

Decem a greco Δεκα fit: a quo componunt vndecim: duodecim ⁊c. Deriuata sunt decimus: a quo vndecimus: duodecimus cum reliquis. Denus a quo vndenus: duodenus. Denarius a quo vndenarius: duodenari⁹: decennarius: et q̄ sequunt. Decies aduerbium: a quo vndecies/duodecies ⁊c. Decenus a quo vndecenus ⁊c. Col. lib. iiij. Ut ego existimo tricenas vt decenas certe amphoras peipient.

Decimus non solū nūerū: sed q̄nq̄ etiā magnitudinē significat: vt decimū quodq̄ ouū decim⁹ quisq̄ fructus. i. p;ecipuus magnitudine.

Decimanus siue decumanus. i. magnus. Unde decumana porta castro;ū: quę in his maxima est ⁊ decumanus limes in limitatiōe agro;um a magnitudine ⁊ longitudine dictus putatur: qui agrum ab exo;tu equinoctiali ad occasum q̄noctialē secat. Nā alter ex transuerso occurrēs: cardo appellat. Decumani etiā vt Asco. docet vocant publicano; p;incipes a q̄bus decume siue decime exigebant.

Decima ę. significat po;tionem vnā ex decem. Plau. Ut decimā solueret berculi.

Decimare est decimā partem detrahere. Unde apud Euang. Ueh vobis qui decimatis mentham ⁊ omne holus. Et decimari legiōes dicunt q̄n decimus q̄sq̄ supplicio afficitur ab imperato;e. Liui. li. ij. Cetera multitudo sorte decim⁹ quisq̄ ad suppliciū lecti. Sic vigesimare ⁊ cētesimare dicit. Hui⁹ verbi cōposita sūt addecimo. Uier. lib. j. Re. Greges vros addecimabit. Exdecimo eligo. Ūn exdecimatū electū.

Decemiugis currus: quē decem equi iuncti trahunt.

Decempeda pe. cor. pertica qua mensurat terra a numero pedū dicta sicut quincupeda a quinq̄ pedib⁹. Cice. Ubē iam perit⁹ metato; ⁊ callidus decēpeda sua sara diuiserat. Hinc decēpedato;. Idē Cauebat etiā. L. Antonio qui fuerat equissimus agri p;iuati et publici decempedato;.

Decennium spatiū decem die;. Nam decēnium siue decēnis decē annorū dicit. Decennale q̄d est decem annorū: vt bellū decēnale.

Decussis a decem assibus: quę dictio in omni denario numero mensurę ⁊ ponderis valet. Fuit cōsuetudo apud maiores: vt ęra in vocabuli cōpositione ponerēt: sicq̄ semisquintus: semisquartus: semistertius p;onūciabāt. Dipondiū a duob⁹ ponderibus: ⁊ vnum pondus fuit. Dispondiū quasi libręs vnius pōdus. Reliqua deinceps a numero dicebant vsq̄ ad cētussis. Et a tribus assibus tressis ⁊ pariter vsq̄ ad decem cōputabantur. Ab inde sumebatur cōpositio ad decē. A duob⁹ decussibus Uicessis deinde tricessis vsq̄ ad centussis.

Decurio dictus est auctore Ulp. Q̄ in initio cū deducerentur colonię consilij publici gratia decima pars deducto;ū conscribi solita sit. Ūn Licero in orationib⁹ citat decreta decurionū. Col. Classes etiam nō maiores q̄ denū hominū faciūde quas decurias appellauerunt antiqui. Erant tamē alij vbani: alij municipales decuriones U;banus decurio turmę p;ęrat quę duob⁹ ⁊ triginta equitibus p;stabat. Necq̄ vero belli solum: sed domi quoq̄ p;o eo qui p;ęest cubicularijs. Sue. in Dom. Saturius decurio cubiculario;ū. Decurio q̄q̄ palatij dictus est ab Ammiano qui p;epositus erat palatio: qui est ordo dignitatis. In municipijs autē decurio idem creditur qui ⁊ senato; Romę. Lic. Recita quęso Sexti quid decreuerint capue decuriones. Hoc etiam patet ex epistola Plinij qui ait. Esse autē tibi centū millium nūmum satis indicat q̄ apud nos decurio es. Igit vt te nō decurione solū: verūetiā equite romano perfruamur: offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta millia nummū. Similiter decurio ordo ō;. Ūn latine dici potest de curia cubicularioru: sicut de curia iudicū ⁊ scribarū: cui⁹ p;inceps decurio nolat. Cuius dignitas decurionatus dicit sicut a Centurione centurionatus.

Decuriare est decurionis officiū exercere. Ūn decuriata comitia sicut a centuriōe centurio as. A quo centuriatus ager ⁊ centuriata comitia.

Decido is. penul. p. deo;sum seco: vt fit cum ex lardo frustum incidimus. Per translationē vero significat determino: et liti finē impono. Hora. Et post desisa negocia campo. Ūn decidere dubia dicimus: quasi amputādo supflua q̄ integrū ē ostēdere. Decido is. pe. cor. deo;sum cado: a quo fit deciduus a. um.

Decidua dicunt illa quę cadūt: vt folia. Plini. lib. xj. Omnib⁹ autē caua ⁊ in mucronē demū cōcreta sunt ceruis tantū solida ⁊ omnib⁹ annis decidua.

Decipio is. pe. cor. defraudo. Unde ⁊ decipula.

Decipula ę. quoddā laquei genus ad decipiendas capiendasq̄ aues.

Declamare ē se in ficto themate exercere. Caluus scribit declamationem esse domesticam exercitationē q̄ res plurimū cōducit eloquētię. Solebāt em̄ romani adolescentes eloquentię studiosi exercendi ingenij gratia inuehi oratiōib⁹ in eos q̄s scirent aliquo crimine posse notari. Ūn Senece et Quintiliani declamationes q̄ sunt ludia quędā orandi. Uier. ad Dama. Nec aures Quintiliani flosculis ⁊ scholari declamatione mulcendę. Sene. Declamationis nomē apud nullū auctorē antiquū ań ipum Ciceronē inueniri potest. Idē li. j. Decla. Declamabat Licero nō quales nūc p;otrouersias dicimus.

Declamato;ius a. um. quod ad declamandū pertinet: vt declamato;ius liber: qui declamanda continet. Declamato;ie aduerbiū significat declamādo Uiero. Dore eo; q̄ declamato;ie loq̄ solēt ad populū.

Declarare est aperte monstrare. Nā plus ē q̄ significare: ⁊ tam ad facta q̄ ad dicta p;tinet. Cic. Luceio. Itaq̄ hoc sepius dicendū vbiq̄ non significandum sed etiā declarandū arbitro;. Idē Declarauit id mō temeritas. C. Cęsar: qui omia iura diuina ⁊ hūana peruertit. Quādoq̄ etiā ponit p̄ significo.

Declino as penu. p;o. cū accusatiuo significat deuito. Cic. lib. j. offi. Declinetq̄ ea quę nocitura videntur. Ambro. lib. j. offi. Ipse sibi silentio legem posuit innocentię: vt tacendo culpam declinaret quā vix effugere posset loquēdo. Cum ablō significat caueo: q̄uis in sensu idē sit cum deuito. Cic. li. iij. Tus. Quę quoniā vt bona natura appetimus: sic a malis natura declinamus: quę declinatio si cū ratione fiat: cautio appellatur eaq̄ intelligitur in solo esse sapiente.

Interdum ponitur pro deflecto seu recedo. Idē in Leui. Declinandum est de via modo hoc ne summa turpitudo sequatur: vt in Ter. acti. v. Qui sibi sum/psit vt corrigat mores aliorū: ac peccata reprehendat: quis huic ignoscat si qua in re ipse ab religione officij declinarit. Interdum pro deduco. Liui. lib. j. Hec ea culpa quam arguo omniū albanorum: ducē secuti sunt: vt et vos si quo ego inde agmen declinare voluissem fecissetis. Interdum pro alieno existimo. Ter. en. in hecy. Neq; declinatam quicq; ab aliarum ingenio villā reperies. Interdū, p depono: vt li. ij. Re. Extēdit oca manū ad arcā dei ⁊ tenuit eā quoniā calcitrabant boues ⁊ declinauerūt eā.

Decollo as. collum trunco. Fenestella lib. ij. Quēad/modum Cesar a piratis captus sit: vrq; eos postea ceperit et decollauerit. Ueteres autem securi cesos dicebāt. Zenni. Quod in collo tuo ē decolles caue: id est ex collo depone. Item Decollare est decipere. Plau. Una est que decollauit. Lucil. lib. xij. Quib⁹ fructibus me decollaui.

Decolor penul. cor. adiectiuū significat quod colore vitiato est: vt sine colore. Hiero. ad Ocea. Aperuit cunctis vulnus suum et decolorem in corpore citra/tricē flens. Roma cōspexit. Dicitur et decolorus a. um. Amb. Sed ea propriū quoddam genus habēt nō ex tritici semine in aliud genus seminis decolora mutatione translata degenerē trahere naturā.

Decolora as. pe. pro. colore pristino priuo: aut colorē vitio. Cice. lib. ij. ad Heren. Horruum deformatū tumore prēditum/decoloratum corpore constat esse. Et i canticis. Nolite me considerare q̄ fusca sim q̄ decolorauit me sol.

Decoquo is. penul. cor. in totum vel vehementer co/quo. Unde decocta aqua. Pli. lib. xxij. decoquere, p conuertere accipere videt. Si em clarigaris clauus si ferri vel chalybis aliqua rubigo: aut panni mar/cor affuerit: omnē illico succū alienum saporem q̄ in venenum decoquit. Quandoq; decoquere sumitur p pfecte digerere. Hysopū inquit Hieron. pariter tonsum sumebant in cibo vt escam grauiorem illius calore decoquerent. Quandoq; pro substantiā consumere: seu solutione creditoribus impedita fidem concidere. Quod sepe euenit ūs qui gulę omnia dedunt: aut qui scorta sectantur. Unde decoctores dicuntur qui patrimonio absumpto ad inopiam sunt redacti. scribit Spartia. Hadrianum senatoribus q̄ non vitio suo decorarent patrimoniū, p modo senatorię, pfessionis expleuisse. Colu. lib. xij. Nam q̄uis interdū emendatū sit perperam factū vel imprudentia vel negligētia res tū ipsa iam dño decorit: id est detrimentū dedit. Tale quid in se habet defrigo vt hic defrixit. i. bona consumpsit.

Decortico as. pe. cor. corticem detraho.

Decores dicte sunt togę attritę: quasi cotibus detritę atq; consumptę sint: habetq; pe. pro.

Decrepiti auctore Dona. a crepitu quorum plangore familię funera ita cōclamata fuerint. Uel a crepero: q̄ in dubio vitę sint constituti.

Decrescere est diminu. Am. Cui⁹ opes nunq; deficiūt: cuius diuitię nunq; decrescunt.

Decubo as. penul. cor. iaceo q̄si decorsum cubo. Apu. Decubantē excitaui ferā. Col. li. vij. Est etiam post domiturā molliorīs generis bos: q̄ decūbit in sulco.

Decumbo is. idem q̄ decubo. Hieron. Quintū iam diē decūbens lectulo nimia festinatiōe dictaui. Ali/q̄ decūbere significat mori. Cic. lib. ij. cus. Uittūt etiā vulneribus confecti ad dños qui querunt quid velint si satisfactū ūs sit: se velle decūbere.

Deculto as. ex de ⁊ occulto in quo abūcit o et c.

Decurro is. decurri et decucurri decursum decursum curro. Uir. Sūma decurrit ab arce. Per translatiōnem decurrere est a principio ad finem vsq; currere. Lact. li. iiij. Quę oratio tantę affluentię vbertate decurrēt. Itē pterire. Jdē li. vij. Decurso tēporum spatio. Aug. li. ix. con. Tolerabam illud interuallū temporis: donec decurreret.

Decurtatus participiū a decurto idem est quod mutilatum breuiatus. Cic. Mutila sentit quędā ⁊ decurtata. Et a Hiero. Decurtatus liber dicit.

Decussare est in decusses formare atq; diuidere: ⁊ per integram longitudinem dissecando trahere. Decussis em dicit a decē assibus. Nā numerus denarius perfectus et absolutus est. Uñ ⁊ decumanus limes Colu. libro. iiij. Nam duas regulas eius latitudinis quo pastinator sulcum facturus est in speciem grece litterę decussabimus.

Decussatū significat p decussęs. Col. li. vltimo. Rapā in alueo aut sero cōponito deinde sicut pfueuerunt salgamarū decussatim ferramēto lunato incidito.

Decutio is. penul. cor. ssi. ssum. ex de ⁊ quatio significat deiicio deorsum quatio demeto decido. Liui. li. j. Rex velut deliberabundus in hortū ędiū sequēte nuncio filij: ibi inambulans tacitus summa capitum papauera dicitur baculo decussisse. Hier. per trāslationem ad Nardanum dixit: Ut decutiā supercilia tudeorum: qui synagogę angustias latitudini eccle/się preferunt.

Dedecus pe. cor. et dedecoro as. vide in decor.

Dedigno: aris. Uide in dictione dignor.

Dedisco is. dedidici. Uide in dictione disco.

Dedico as. pe. cor. per vba pfecto siue honorē gratia deputo: aut dicendo defero. Cecil. lib. j. annaliū Legati q̄ missi sunt venūt dedicāt mandata.

Dedo is. dedidi: deditum: significat in perpetuum do vel totum subdo: siue in manus potestatem ve et arbitriū do. Unde dedere se hostib⁹ dr qui se in hostiū potestatē tradit. Et traditio ipsa deditio dicit. Et q̄ ita se dedunt deditii vocātur. Plau. in Am. Conuenit vtri victi sint eo prelio vrbem/agros/aras/focos seq; vti dederent. Liui. li. j. Sic ad supplicii numitori remus deditur. Cesar. lib. j. Heluetii omniū rerum inopia adducti legatos de deditione ad eū miserunt. Et dedere est simpliciter dare. Ter. Uerberibus te cesū i pistrinū Daue dedā. Forma deditiōis describitur apud Liuiū in dediciōe collatie. Ita em rex interrogauit. Estis ne vos legati oratoresq; missi a populo collatino: vt vos populūq; collatinū dederetis? Sumus. Estne populus collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne vos: populūq; collatinum: vrbē: agros: aquā: terminos: delubra: vtensilia diuina humanaq; omnia in meā populiq; Ro. deditionē? Dedimus. Et ego recipio.

Deditus a. um. in totū vel valde datus. Ter. in hecy. Priusq; hāc vxorē duxi: habebā alibi animū amori deditū. Dedita opa. i. data opera siue accurata opa: seu de industria: vel ex cōposito data opera: q̄si cura adhibita: ⁊ labore impenso. Jdē in Eu. Apud antiphonē vterq; pater ⁊ mater: quasi dedita opa erant vt nullo mō introire possem quin viderēt me. Fest. Deditū interpretat valde datum.

Deditius a. um. a deditus fit: ⁊ is ē qui se in alterius imperium dedidit. Curti⁹. Multitudo dedititiorū incolis nouaq; vrbiū cū pecunia capta dono data ē. Per abusionē tū dicimus ego sum deditius tu⁹. i. tibi deditus ⁊ tuo imperio obnoxius.

Dedocere est secus ab eo quod quis doctus est docere vel falsum id esse ostendere. Quintil. li. ij. Quāta in eluendis quę semel insederunt vitijs difficultas consequatur cum geminatum onus succedētes premat. Et quidez dedocendi genus plusq; docēdi pro-

pter qđ Timotheū clarū in arte tibiarū ferunt duplices ab ēs: quos alius iustituisset solitum exigere mercedes: ꝯ si rudes traderētur. Grece. Διδασκω ο θεν Διδασκαλος.

Dedoleo es.pe.cor. non doleo: vel dolore me priuo. Oui.li.iij.fas. Quid me in desertis moriturā Liber barenis: Seruabas: potui dedoluisse semel.

Dedolo as.penul.p. significat dolabra vel eiusmodi ferramento deorsū vl pulchre dolo: cedo. Colu.lib. v. Hęc eorumꝯ similia pedamēta post putationem retractanda sunt: partesq; eorū putres dedolāde.

Deduco is.penulti.pro.ppie deorsum duco. Virgl. Carmina vl cęlo possunt deducere lunam. Quādoq; deducere est de loco ad locū siue de re ad rem ducere. Idcirco ei ablatiuus dat nōnunq; separatiuus accusatiuus vero similiter. Et tam in passiua ꝙ activa significatione: quod premonēdum esse duximus ne quis in passiua ablatiuos huiusmodi putet esse agentes: nisi in exemplo Ciceronis quod dicemus In actiua Plau.in Cur. Deduco pedes de lecto clā miles ne sentiat. Hic ponitur pro detraho. In passiua. Hiero.ad Helio. Ubi quies non est: ibi mens a proposito sępe deducitur. i. reuocatur siue remouetur. Idē in Paulo. Hec cū accepto itinere deducebat. Lact.lib.iiij.p deriuare seu descēdere posuit. Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum: q hominem sibi deus religauerit. Cicero. Terentie. Neq; legis improbissima pena deductus est quo minus hospitū et amicicię ius officiumq; prestarer. Hinc deductus pro deterritus sumit: et ablatiuus pena agens est: licet sine prepositione sit. Mā hoc fit interdū et in alijs. Aliquando sine ipso ablatiuo separatiuo et cum accusatiuo mediante prepositione ponitur pro delabi: vt apud Lactan.libro.ij. Homines autem ipsos ad tantam cęcitatē esse deductos vt viuo ac vero deo mortuos pferant. Pro. ppie in significatione sua cum actō mediante prepositione Cęsar in primo cōmentariorum. Cęsar vna estate duobus maximis bellis confectis maturius paulo ꝙ tēpus postulabat in byberna in sequanos exercitū deduxit. Virg.li.ge. p diuertere sine ablō et actō posuit. Riuos deducere nulla Religio vetuit. Sumitur et deducere pro in tenuitatem ducere. Pomp. Ocē deducas oportet vt mulieris videantur verba: quare et pro subtili et nihil subrusticū. p. ferre ponitur. Hora. Cū lamentamur non apparere labores nostros z tenui deducta poemata filo. Virgi. etiā deductū carmen significatissime dixit q ꝙ si filum de inuentione deducatur. Tractum a lana quę purgatur z in fila trahitur. Inde etiam pro imminuere et detrahere: z deductio pro imminutione: vt inquit Asco. Interdū pro mouere. Salu. Arma deponere presidia de locis deducere. Interdum pro officiū vel honoris gratia alicui comitatum prestare: et sit fere cum pompa quadam: et sępe cū multo populo. Ambro. Deduximus fratres hostiam viuam dominū et fratrem meum Satyrum Hiero. ad Julianū: q sanctissimam coniugem tuam non quasi mortuam: sed quasi proficiscentem deduxeris. Liui. Frequentes eum deduxerunt domum. Cuius contrarium est reducere. Cicero in Cato. Hęc enim ipsa honorabilia quę videtur leuia atq; communia salutaria: appeti: decedi: assurgi: deduci: reduci: consuli. Comitari est minorum tam paucorum ꝙ multorum. Virg. Ipse vno graditur comitatus acbatę. Et magna comitante caterua. Assectari fere quasi per vbes: vt sit cum quis amicicia vel propinquitate vl discendi studio: vel alicuius commodi assequēdi gratia quempiam assectatur: quasi iuxta illum pręeuntem sectatur: vt purpurum filijus patrem: discipuli ꝛceptorē: clientes patronum. Cicero lib. de ora. Cunq; maior natu et consularis Sergius Galba assectaretur. Est et. p. sequor quod est quasi deduco: sed in itinere cum quę piam aliquantum longe comitamur. Liui.li.ij. Decedentē domū cū fauore z laudibus psequuti sunt. Hiero. Quo gemitu te abeuntē psecutus sim: iste quoq; litterę testes sunt.

Deerrare est de via siue ratione declinare. Cicero. Si transitionibus nullis vtemur: et si non deerrabim⁹ a proposito.

Defamo as.penul. produ. fama priuo: sicut diffamo. Bel. Vt vocabula eorū quoq; defamata atq; deformia cum ipsis viderentur. Sed ex greco omnino veniunt. φημι και φημη.

Defęco cum diphtongo: significat a fęce purgo: quasi fecē detrabo. Pli.lib. xviij. Per brumā vitem ne colito: vina tū defęcari etiā diffundi. Viginius suadet. Unde omnia pura inturbata z sine sordibus ac vinū sine fęcibus defęcata dicuntur. Plaut. in Aul. Hūc defęcato demū animo egredior domo. i. ab angore purgato. Proprie Col.li. vltimo. Et defęcatū vinū in anphoras bonas adijcito.

Defendo is.di.sum.ex de z fendo. Ut̄ z offēdo: cuius fendo non reperiat: significat tueor. Lact. Qui sępe etiam malas copiosę defendisti causas. Duob⁹ autē modis ab aliquo defendi dicimur: vel cum ille nos defendit: vel cū ipsi defendim⁹ nos vel alius defendit nos ab illo tanq; iniuriā inferente vt si nobis aduersentur iudices z Cicero tueatur. Recte dicemus defendi nos a iudicibus nō q illi nos defendāt: sed q presidio Ciceronis ab illorū iniuria defendamur. Differt cū defendere a propugnare: quia defensio ē quoquo modo fiat: propugnatio non nisi per contētionē. Rursus defendere ē auertere depellere. Bel. Q. Claudi⁹ hostes defendebat a pinnis facillime. Cicero lib.iij.offici. Etenim si quis nō defendit iniuriam: neq; propulsat a suis cum potest: iniuste facit. Hoc aūt fit ex vi prepositionis de: quę duplicē facit significationē. Cum enim tueor significat tunc de augeat. Quando vero prohibeo protectiōis detractionem z negationē facit. Dicim⁹ autē Defende frigus tibi: z defendo te a frigore. Virg. Solstitiū pecori defendite iam venit estas. Et alibi. Hic ego dū tenebras defendo a frigore myrtos.

Defensito as. frequentariū est. Cice. li. j. offi. Si igit non poterit siue causas defensitare: siue populū cōtionibus tenere: siue bella gerere: illa tū prestare debebit: quę erūt in ipsius potestate.

Defero penul.cor.affero. Uir. li.iiij. Celeris mādata per auras detulit. Aliquādo denuncio. Cice. Ruf. Scito contubernales duntaxat meos delatos esse. Idem Sulpitio. Eiq; nec opinanti voluntatē tuam per litteras detulisse. Aliquādo in accusationem defero. Ut̄ delator occult⁹ accusator calūniator. Sue. in Dom. Princeps q̄ delatores non castigat: irritat. Aliq̄ prodo qđ celatū est. Hier. Sed forte cōque sta me delatorē: q te ,pdiderim clamabis. Pertinet etiam ad dignitatem z honorē z venerationē z officium variisq; modis ponitur: ac cōstruit. Ad dignitatē. Liui.libro.j. Omnes nume pompilio regnū deferendū decernūt. i. offerendū atq; tradendū. Ci. Octauio. Quę tibi nō anteq̄ postularet maiora ꝙ velles plura ꝙ saperes detulit senatus: Ad venerationē z officiū. Amb. Mouerit deferre senioribꝰ. i. venerationē exhibere/inseruire et subuenire. Aliq̄ deferre est tribuere. Hier. ad nepo. Honorent clericos: et ipsi a clericis: q̄si episcopis honor deferat. Scitū est illud oratoris Domitij. Cur ego inquit te habeā vt principē: cū tu me non habeas vt senatorē Habeo hic Honore seu accipio significat. Alias ,p

loco. Cice. Treba. Uniuersum studiū meum ⁊ beniuolentiā ad te defero. i. tibi attribuo. Nauis in portum delata est. i. deuecta. Hic delatus est lectica. i. deportatus. Ille detulit argentū. i. de loco tulit. Et diuinos honores parentibus detulerunt: id ē dederunt: seu celebrauerunt.

Deferuescere significat decrescere. Cice. lib. iiij. tuscu. Aut rogandi orandiq; sunt vt si quam habent vlciscendi vim: differant in tempus dum deferuescat ira. Deferuescere aūt certe significat ardorē animi inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Archytę qui cum villico factus esset iratior: quo te modo inq̄t accepissem ni iratus essem ⁊ Sed hoc perrranslationem quasi ira sit ignis quidā animū incendens. Col. proprie deferuescere pro refrigerari posuit lib. ij. de ſgno loquēs. Prudentes agricolę q̄uis iam illatum tecto nō ante cōponūt: q̄ paucos dies temere congestū in se cōcoqui ⁊ deferuescere patiant.

Deficio is. ex de ⁊ facio construiť cum datiuo ⁊ significat deesse vel non sufficere. Cicero in Ver. acti. iij. Vererer ne mihi crimina non suppeterēt: ne oratio deesset: ne vox vires q̄ deficerent. Idem Ser. Sul. Sed opprimor interdū ⁊ vix resisto doloriq; es mi hi solatis deficiunt: quę cęteris quorum mihi exempla propono: simili in fortuna nō defuerunt. Et more suo hic fecit Cicero vt per desum deficio exposuerit. Hinc defectus ꝑ priuatione deducit. Legimus etiam deficere absolute positum ꝑ deesse. Mircius Quare neq; tāti sum animi: vt sine spe castra oppugnanda censeam: neq; tanti timoꝛ: vt ipse deficiam. Aliter alibi dixit. Martius rufus questor in castris relictus a Curione cohortatus suos ne animo deficiant. i. terreantur: et animus desit. Inuenitur etiā cū accusatiuo pro derelinquere positū q̄ in sensu idē sit cum deesse. Cice. Prudētia nunq̄ deficit oratorē. Cęsar. Frustra meę vitę subuenire conamini: quē iā sanguis vires q̄ deficiunt. Sal. in Jug. desero vsus est in similibus. Sed de studijs partium deq; omnibus ciuitatis moribus si sigillatim atq; pro magnitudine parem disserere tempus q̄ res maturius me deseret. Accomodať huiusmodi nominatiuo rebus inanimatis vt Dies me deficiet: vox te deficit: et oratio illum deficit. Lact. lib. ij. Non esť verendum est ne te in tam bona causa deficiat oratio: qui sępe etiā malas copiose ac fortiter defēdisti. Cęsar. li. ij. Jpsos res frumentaria deficere cepit. Si quis tamē in his datiuo pro acto vtať: non culpandus erit. Frequentius tamen cum acto vsurpatur. Et notanter dixi rebus inanimatis accōmodari in hac significatione q̄ non recte dixeris vox vel res me deficit: sed a me defecit. Item deficere cum actō significat non suggerere. Tir. Cū iam glandes atq; arbuta sacrę deficerēt syluę. i. non suggererēt glandes atq; arbuta. Interdum absolute ponitur ꝑ finiri desinere defecisci vt hic prę meroꝛe defecit. Martianus. Tum demū id agere consilium erat cum vlta defecit. Aug. cum infinito posuit in quodam sermone. Munquid deo defecerat pascere seruū suū. Heliā: Mōne illi cui deerāt homines alites ministrabant. Construitur quādoq; cū ablatiuo sine prępositione et sic sumitur ꝑ carere siue priuari. Col. li. iij. de vite loquēs. Cum transtuleriť inquit de humido in aridū locū vide ne pristino alimento deficiat. Idē Cōmode fluunt: nec desiciūt macro solo. Et li. iij. passiuo vsus est. Jugatū quadā parte deficitur: quadā superat. Et li. viij. Qui si memoria deficitur quo minus agnosat cuiusq; progeniem pice liquida eādē notā scrofę ⁊ porcis innotat Capiť ⁊ pro dissentire recedere seu rebellare: ⁊ tunc ablatō iungitur cū prępositione. Sal. in Jug. Quod oppidum primum omnium post malam pugnā abrege defecerat. Deficere. n. dicuntur qui ab ijs quoꝛ sub imperio sūt desiscūt: et in hostiū numeꝛ se conferunt. Cice. in Lel. Difficile est amicitiam manere si a virtute defeceris. Liui. li. ij. Eodē anno duę colonię pometia et choza ad aurunços deficiūt. Sub intelligiť eīs a Romanis deficiūt transeūtes ad aurūcos. Inde defectores qui transeunt de vno exercitu ad aliū. Defectio recessus: vel militū ab imperatoꝛe vel ciuitaťa dño qui dicunť deficere cū ab eoꝛū gubernatione discedūt. Nonnunq̄ accipiť pro diminui debilitari ⁊ viribus exhauriri. Ply. Genus vini qđ bion vocamus prodest stomacho dissoluto prægnātibusq; ⁊ defectī. Mar. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantatoꝛ cygnus funeris ipse sui.

Defectus a. um. participium a defio vel deficio habet significatiōnē actiuā in voce passiua. Col. Diligentis patrisfamilias est primā quāq; arborē senio defectam tollere: id est quę defecit. Quintil. lib. iij. vt si obsessi ⁊ impares ⁊ aqua cibiq; defecti de faciēda ad hostem deditione deliberēt: id ē qui defeceruṅt. Hinc fit comparatiuū defectior ⁊ superlatiuū defectissimus. Col. in prefa. Si siue fundū locuples mercatus est e turba pedisequorū lecticariorumq; defectissimū annis ⁊ viribus in agrū relegat ⁊c. Defectus us. nomen significat penuriam non vitiū aut culpam: aut morbū: vt defectu ciboꝛū dedimus nos hostibus. Liui. li. iiij. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuosq; stragē sīti pecoꝛū morientium dedit. Interdū defectus dicit diminutio. Beli. ij. Sed de lunę motibus solisq; defectibus. Ply. li. j. Defectus autē suos ⁊ solis rem in tota prēplatione naturę maxime miram ⁊ ostento similē. Defectus animi: siue defectus animę vt Cello moris est loqui lipothymia ⁊ lipopsychia grece dicitur a nostrī etiam animi deliquium: et verba linqui animo ⁊ intermoꝛi et deficere ⁊ extinctę animę speciez prębere quos pli. et defectos anio q̄q; appellat. Defectata vero corpora ⁊ defecti sunt quos greci παρεϛουσιγλεγουσι.

Defectio recessio siue rebellio. Liui. lib. j. Ob residuas bellorum iras maxime sollicitati ad defectionem voluntarios trahere. Cic. li. iiij. Tus. Omnium aūt perturbationum fontem esse dicunt intemperantiā: q̄ est a tota mēte a recta rōne defectio. Aliq̄n ꝺr diminutio ⁊ decretio. Idē in Cato. Quoniā delectabant ad defectiones solis et lunę: multo nobis ante prędicere. Sunt et defectiones mulierū a conceptu quod genus etiā malaciā prægnātibus vocare. Plin. soler. Est esīn malicia in stomacho debilitas ⁊ in mari malicia ꝑ tranquillitate capitur.

Defectiuus a. um. quod est mancum. Cicero lib. j. offi. Est. n. cognitio contemplatioq; naturę manca: id ē defectiua quodā modo.

Defetiscoꝛ eris. defessus inquit Priſ. compositum a fatiscoꝛ fessus: quod quidā a Fateoꝛ deriuari volūt. Sed Diomedi assentiendū puto qui ait. Fessus appellatio est: postea sequitur. Differt aūt fatigatus a fesso q̄ fatigatus dicitur cum quis per aliū laboꝛare compellitur: vt lassatus. Fessus vero cum quis laboꝛe deficit vt lassus. Fessus igiť nomen est nō participiū: q̄ sicut lassus nō est participiū ita nec fessus qđ eoꝛ significatio quasi eadē plane ostendit: quam verius docuit ex quo ostendiť nō esse idē fessus ⁊ fatigaťo: igitur neq; a fatiscoꝛ fessus: neq; a defetiscoꝛ defessus: quia fessus nomē est: et eius compositū est defessus: ipsaq; verba supinis atq; pręteritis carere existimo: quēadmodū ⁊ fatisco. Et quoniā fatisco in vsu est: nimirum fatiscoꝛ obsoleuit: cōpositum tamē defetiscoꝛ remansit et ijs eadē pene significatione su-

mitur qua fatisco quod deficio significat: defetisco: vero cesso: siue deficio. Et sic duo verba nobis relicta sunt. Alterum neutrum simplex: & alterum deponens compositum. De fatisco Col. lib. ij. Sed omni solo quod ꝑdictorum leguminum segetibus fatiscit vna ꝑsens medicina est: vt stercore adiuuet & abiumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Virg. lib. j. Ge. Meu puluere victa fatiscat. De defetisco. Ter. in Pho. Istec res mihi sollicitudini est: neq; defetiscar vnq; ego experirier donec tibi id quod pollicitus sū effecero De defessus. Idē in adel. Defessus sum ambulando. Eius contrarū Indefessus. Clau. li. iij. Accingar lustrare diem per deuia rerum. Indefessa ferar nulla cessabitur hora. Non requies non somnus erit dum pignus ademptū Inuenā.

Defigo is. pe. pro. deorsum figo. Aliquando etiā defigi pro defatigari ponit ac viribus attonitorū modo linqui: vt apud ply. li. vij. Defigat postremo expiret.

Definio is. penul. p. ēmino decerno & quasi finem do. Diffinio vero descerno quasi dispertiēdo distinguo. Unde diffinitio vocata est qua in disputando vti solem⁹. Et ē oratio: q̄ id qd diffinit explicat qd sit. Est. n. coacte in se atq; cōplicate rei implicatio: veluti cū dicimus Hō ē animal rōnale & mortale. Explicat enim diffinitio id qd breuiter & anguste designabat.

Defioculus dicitur qui ē captus vno oculo: quē luscū alio noie vocitamus.

Desit deest: cum dativo construit. Ter. in Ecy. Mihil apud me tibi desieri patiar quin quod opus sit benigne prꝛbeatur. Cic. Lac mihi non estate nouum nec frigore desit Prisci. hoc loco ait. Deficio autē loco passiui desio facit & inde defectus.

Deflagro as. penul. pro. vehementer comburo. Ideo cū ablō cōstruit. Ci. li. iij. offi. Icto fulminis deflagrauit.

Deflecto is. deorsum flecto. Col. li. iij. Cum (grauit. iam satis amplū incrementū susceperit: ramū oliuę duflecte & ad crus arboris ficulneę religa. Cice. li. iij. offi. p declino per translationē posuit. Hoc autē de q̄ nūc agimus idipsum est qd vtile in quo verbo lapsa consuetudo de via deflexit.

Deflaco as. attero. Tractum a vestibus siue a flacco vt ait Nonius.

Deflorere est sine floribus esse: quod fit cum flores decidunt. Unde & deflorescere qd est sine floribus fieri. Plyn. li. xvij. Pessimū est inter omnia cum deflorescentem vitem & oleam percutit imber: quoniā simul defluit fructus. Ci. ad Mer̄. per trāslationē. Forme dignitas aut morbo deflorescit: aut vetustate. Eiusdem significantię est Efflorco vt est in ꝑs. Dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit. Aliquādo etiā Deflorere est flores emittere. Colu. li. ij. Et cum tota spicam edidit: octo diebus deflorescit: ac deinde grandescit diebus. xl. quibus post florem ad maturitatem deuenit. Sic efflorescere est valde floridum fieri. Licero in Lel. Quę tū efflorescit amicitia etiā si tu minus eam secutus sis.

Defluere deorsum fluere & ꝑprie de fluminibus dicit. Per translationē significat decurrere: delabi. Cice. in Lel. Ad leues amicitias defluxit oratio. Sal. in Jug. Ubi per socordiam vires tempus ingeniū defluere. Quod est quasi cecidere & perire. Lactan. li. iij. pro in nihilum redigere posuit Mauis sine gubernatore abit pessum & corp⁹ relictū ab anima defluit. Quandoq; ponitur pro valde fluere abundare. Amb. Peccator⁹ ꝙtus fortis abundet & delicijs fluat odoribus fragret: in amaritudine animę suę vitā exigit. Quidoq; ꝑ subtus fluere. Virg. li. iij. Georg. Adusq; aries in gurgite villis mersat: missusq; sedo defluit amni. Defluere etiā dicit quod ętate morbo ve soluitur. Unde defluere capillus dicit. Et qui ita defluit: dicit defluus. Et defluuiū capillo⁹ fluxus.

Defluxus idem quod defluuium.

Defluus a. um. qd decidit aut decidere solet. Ply. lib. xx. Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet. Am. impropꝛie. Alliga sensum tuū non sit remissus ac defluus.

Defluuium ipse decidendi actus. Plyn. Sed defluuia comarū facere dicitur.

Defodio is. penul. cor. sepelio obruo. Liui. Fuerātq; defossi annis quindecim supra quingentos & duraue rant. s. libri. Plau. in prolo. aul. Domi suę defossam multis cū opibus aulā muenit. Col. vero lib. viij. ꝑ fodiendo facio posuit cum dixit. Consestim scrobem defodiamus in limine stabuli & viuam pecudem quę sit pustulosa resupinam obruamus. Et Defodere est infra siue deorsum fodere. Idem lib. xij. Pastinatur terreni iugerum: ita vt solum in altitudinem trium pedum defodiatur.

Defętus a. um. ꝑ ę diph. idem qd destitutus sicut effetus fętu destitutus. Quid. in Ibin. Sic quoq; quod ratum est solito defęta fauore Fortunę facies inuidiosa tuę. Hinc Defętissimus. Col. Sed siue fundum locuples mercatus est e turba pedissequorū lectario rū qb defętissimūq; annis & viribus in agrū relegat.

Deforme: turpe: quasi seorsum a forma a quo Deformitas & deformo as. qd est a forma sua deijcio. De quo in dictione Formo.

Deformicatū. Vide in dictione formicatio.

Defrico as. penul. cor. valde frico. Col. li. ij. Totumq; Deorū suppellatū sale defricato.

Defrigo is. ri. Vide in dictione decoquo.

Defringo deorsum vl valde frango: siue decerpo: decido. Col. lib. vj. Plerūq; fit: vt aut crure aut cornibus boum ramuli vitium defringant. Virg. Aut summas defringe ex arboꝛe plantas.

Defraudare per fraudē aliquid decerpere vel fructum diminuere aut prꝛiuare vt ē illud. Qui sophistice loquitur odibilis est: in omni re defraudabit. Defraudare vero genū ē interrumpere voluptatē.

Defrugo as. penul. p. omnē fructū exhaurio. Defrugare segetem videtur qui vel nimia ęstura exinanit agros: vel ꝑ insciciam aut negligentiā perdit lacessit ve fruges omnino cū vel festinata sementis ē: vl sera tina prꝛpereq; aut prꝛpostere qd agit: defrugari segetem contingit. Plyn. li. xviij. Graculū illud magnopere custodiēdū segetē ne defruges. Col. Collat segetē nimia defrugatione exinaniri.

Defrutum a deferuendo vt inquit Palladius vinum decoctū. Plynio auctoꝛe vsq; ad mediā partē. Sappa vero a sapiditate: mustū est ad tertiā partē decoctū. At Col. aliter. Mustū inquit ꝙ dulcissimū decoquit ad tertias: et decoctū sicut supra dixi defrutum vocat. Sic Nonius. Sappa quod nunc mellatium mustū ad mediā partē decoctū defrutū si ex duabus partibus ad tertiā redigatur.

Defrutare mustū decoquere vt inde defrutū fiat. Col. li. ij. Sz defrutū quoq; & defrutare vinū licet. Hinc Defrutarius a. um. vt vasa defrutaria apud Col. dicuntur: quę sunt ad defrutum idonea.

Defugere: recusare: in totum fugere. Lact. lib. v. Non defugi hūc laborē vt implerē materiā quā Cyprian⁹ non est exequtus.

Defundo deorsum fundo. Cato de re rusti. Aquā defundito non omnē eo addito oleum.

Defungor eris. Vide in dictione fungor.

Degener penul. cor. qui maioꝛ suorum moꝛibus nō respondet. Ponit qnq; ꝑ ignobili: et vili. Tur. Degeneres animos timoꝛ arguit. Est autē gene. omis. Inablō degenere vel degeneri. Luc. Si me degenerī strauissent fata sub hoste. Degenerare qd ē a genere

descisscere. Piero. ad Dama. Vic obruta sulcę frumẽta in solium auenamq; degenerant. Virg. lib. ij. Be. Pomaq; degenerant succos oblita priores. i. deteriorant in sapore Proper. Dij mihi sunt testes nõ degenerasse propinqs. Dicimus aũt degenerare tam a malo q̃ a bono. Liui. li. ix. Ne degeneraueris a familia imperiosissima ꝛ superbissima.

Dego is. Ex de et ago: sed abũcitur: a. preteritum facit degi supinũ dactum ꝑm analogiaz: sed nusq̃ legi neutrum est sed in tertia persona passiue eo vti possum⁹. Et quandoq; absolute: quãdoq; cũ acto significatq; deduco: siue ad finem vsq; duco ꝛ ago. Lactã. lib. v. Quo rectius vita degak nõ est necesse omia circuire Itẽ degere est viuere. Idẽ in eodẽ. Idcirco eum voluit sub aliena ditione atq; imperio degere: ne reruz prosperitate corruptus in luxuriam laberetur. Item expellere detrahere. Plau. in aul. Nunc ego istuz soror laborẽ degam et diminuam. Idem in Epi. Degitur cozium de tergo meo.

Degrũmari significat a grũma mẽsura dirigere Lucil. Vtaq; degrũmaris vt in castris mẽsor fecit olim.

Degulo as: pe. cor. gulę trado. Plau. Postq̃ degulato patrimonio pauper est factus.

Dehabeo es. Vide in dictione debeo.

Follis masculini generis Instrumentū quo attrahitur ventus atq; emittitur ad ignē excitandū. Vir. li. viij. Alij ventosis follibus auras accipiunt reddunt q;. Mis vtunt ferrarię argentarię q; officinę. Vtūtur ꝛ coqui sed paruulis ne opus sit ignem insufflare bucis. Qđ qui faciūt Suffitores vocant. Primꝰ Anacharsis philosophus folles ignis excitatores inuenit: vt refert Stra. lib. vij. Et follis siue folliculus ōris. i. pellis flatu plena Liui. lib. ix. Eques folliculis in castra frumētū veheret. Ibi accipe videl. ꝙ sacculis ꝛ crumenis. Rursus follis pilę genus ex pelle atq; inflatione factū ꝛ pugno reddit a flatu nomen habēs siue q; veteres follē pellē dicebāt ꝛ ꝑ diminutōez folliculū. Var. Ite ꝓcul iuuenes mitis mihi conuenit ętas Folle decet pueros ludere folle senes. Sue. in Aug. in diminutiua forma dixit speraui q; pilam a folliculo cū pila sit illa pusilla: folliculus sit illa ventu tumescens. Post bella ciuilia ad pilam primo folliculū q; transijt. Quoniā vero follis pugno percutit pugillatorius follis quandoq; vocat. Plau. Extemplo hercle ego te follē pugillatorium faciam: ꝛ pectem cursabo pugnis periurissime.

Folliculus: cum sit diminutiuū a follis: ponitur tamen quandoq; ꝓ vulua. Nam vt Plinius inquit antea vulua vocabatur. Quandoq; ꝓ theca frumēti vel lini vel cuiuslibet alterius rei: quę granū cōtinet inuolutū. Unde apud Exodū legimus linū cū iam folliculos germinaret. Quādoq; ꝑ corpore. Lucil. li. xxvj. Et quo folliculo nūc sum indutus nō queo.

Folliculare: pars remi quę folliculo tecta ē. A quo vitta follicularis dicta est.

Fomes itis: a foueō: hoc est nutriendo ignem dicitur. Est em̄ assula ex arbore excussa ꝺum ceditur. Pomē et ꝓ omni materia sicca in qua facile ignis inflāmatur. Vir. Ac primū silicis scintillam excudit achates Succepitq; ignem foliis atq; arida circa Nutrimēta dedit: rapuitq; in fomite flāmā. Per ornastationez fomes dicitur quicquid excitat nos ꝛ accendit ad aliquid agendum. Bel. Fomitem esse quendā dicens ꝛ incitabulum ingenijs virtutisq; si mens ꝛ corpus hominis vino flagraret.

Fomentū similiter a fouendo: id est calefaciēdo vel nutriendo. Unde fomenta dicuntur applicationes rerū calidarū seu humidarū ad partes corporis lesas ꝛ medendi gratia quę ꝛ fotus appellantur. Pli. Deo cura eoz coeliacos iuuat potione ꝛ foru.

Fons a fundēdo ꝙ inde fundat aquā: tam masculini ꝙ feminini generis. Inter fontē ꝛ puteū hoc interesse Augu. putat ꝙ omnis puteus fons: nō ois fons puteus. Ubi em̄ de terra aqua manat ꝛ se vsui ꝑbet haurientibus fons dicitur. Si aūt in alto ꝛ in ꝓfundo sit ita puteus vocatur vt fontis nomen non amittat: grece fons πηγη και κρηνη λεγεται vnde pagus simul positę villę id est rusticanę domus plures nomē accepit: ꝙ circa fontes hęc ponerentur.

Fonticulus diminutiuū paruus fons: a quo Fonticellus. Pli. Ubicūq; moueris humū fonticuli scatent.

Fontanus a um: qđ ex fonte est: vt aqua fontana. Pli. Fontanę aquę cyathos duos. Aug. libro. ij. de ciui. dei. Sub hoc tot deoz ꝓsidio quos numerare q̄s potest. Numera idigenas ꝛ alienigenas celestes terrestres infernos marinos fontanos fluuiales.

Fontinalia: fontiū sacra. Fontinalis porta vbis romę ob propinquitatē scaturientium fontiuz. Eadem Capena vocabatur. Iuue. Substitit ad veteres arcus madidāq; capenā. Liui. Ediles alteram porticum ad portam fontinalem ad martis aram qua in campos iter esset perduxere.

Forago. penultima ꝓducta a ferēdo filum: quod a textricibus fertur: vt diurnū opus distinguāt. Q̄nq; ꝛ a forando etiā dici posse videatur.

Foro as: penetro quasi foras do. Col. lib. vj. Amygdala si parum feraꝛ erit: forata arbore lapidem adūcito ꝛ ita libzū arboris inolescere finito. Hinc cōponitur Perforo pe. cor. qđ est multū foro. Idez lib. v. Sed aliud est ferramētū quo priores vitē pforabāt. Liui. Una tū pforata naui. Inforo. de quo alibi.

Foramen pe. ꝓdu. quasi diminutiuū a foribus. Sisen. li. iiij. hist. Neq; porta neq; foramen erat quo posset eruptio fieri.

Forat⁹ ue: idem qđ foramen. Lactā. lib. de opi. Oculoz orbes concauis foraminibus cōclusit: a quo forato frontē nominatā Varro existimauit.

Forum neutri generis a ferēdo dicitur: ꝙ controuersię et res venales illuc ferantur. Et quattuor modis dicitur. Primo negociationis locus: quo venalia ferūtur: vt forum iulij: forū flāminij: forū Sempronium ab eorum nominibus qui ea fora custodienda curarunt. Quod etiam in vijs ꝛ locis priuatis ꝛ in agris fieri solet ꝛ vbi res multę varięq; venduntur. Unde forum boarium: in quo boues venduntur: forum ho-

litozium in quo herbę quod erat antiquū macellum quapropter nunc quoq; holerum locus lacedemonij macellum vocant. Forum piscariū in quo pisces. Cupedinis forum in quo venduntur cupedia sic essi anti qui lautiores cibos nominabāt. Altero in quo iudicia fieri cuz populo agi z contiones haberi solent: q̄ ibi iudicia feruntur. Unde cause forenses. Tertio cū is qui prouincię prędst forum agere dicitur cum ciuitates vocat: z de cōtrouersijs cognoscit ac sententiā fert. Quarto tum id fozū veteres appellabant: quod nunc vestibulū sepulchri dicit solet.

Forum vinariū de quo Uar. lib. j. rei rusti. Itaq; lect⁹ defertur in forum vinarium: vnde in doliū inane veniat electa in secretā cozbulā inde in ollulas addatur et in dolia plena vinaceoz. Col. lib. xij. ait. Torcularia z fori diligenter emundata lotaq;.

Forulum diminutiuū quod z foriculum apud Uarro. lib. de re rust. dicitur.

Forūiulij regio italię que quondā Japidia dicebatur. Uirg. lib. iij. geo. Castella in tumulis z iapidis aruum aui. in ea sunt Aquileia. vtinū ciuidale z tergestū

Forūlivium ciuitas in emilia nobilis Galli poete oztu

Forū Cornelij: similiter vrbs emilię q̄ nūc Immola vocat

Forensia vestes quib⁹ in foro vtebat: sic vt Cgnatoria quibus domi vtebantur in cgna. Sue. de Aug. Forēsia aūt z calceos nūq; nō intra cubiculū habuit. Alio nomine dicuntur togę forenses.

Foracia: a foro dicitur mulier villatica que fructus villę venales: hoc est pullastros pipiones poma nuces z huiusmodi in forum defert.

Foras z Foris: aduerbia primū ad locū: secundū in loco et de loco significat vt egredioz foras tu morabis foris. Ponitur quandoq; Foras loco prepositionis Hiero. Foras sepelierunt corpora martyrum A foris fiunt composita. Aforis z Deforis pe. coz. vt est apud Gen. Et includit eum dns deforis.

Forensis duobus modis intelligi potest. Uno cū a foro descendit in quo iura redduntur: vt causę forenses z forenses qui in foro versantur: quos greci pragmaticos dicunt. Alio cum a foris aduerbio fit. Ambroz. lib. j. offi. Non pm forensem abundantiam estimandam beatitudinem singulorum sed pm interiorem cōscientiam. Idem lib. Hexa. Que signis forensibus internam exprimat voluntatem. Sic vestimenta forensia dicuntur a Col. quę foris non in domo gerunt Et Forensia neutro genere vestis quā ad forum proficiscentes sumebant. Apul. Forensi toga indutus ac cumbebat. Sue. de Aug. Forensia z calceos nunq; nō intra cubiculū habuit.

Fori numero plu. sunt tabulata nauiuz vel locus in naui apertioz qui iter nauem perambulantibus prebet ab eo q̄ per eos ferantur incessus. Cice. in Cato. Cū alij malos scandant alij per foros cursitent: alij sentinam exhauriāt. Item. Fori dicuntur Circensia spectacula. i. loca erecta vt ex his spectetur. Liuius li. j. Tum primū circo qui maximus dicitur: designatus est locus: diuisa loca a patrib⁹ equitib⁹ vbiq; sibi spectacula quisq; faceret fori appellati. Ex his minores forulos dicimus qui armariola quādoq; significant siue capsulas i quibus reponunt libri Sue. in Aug. Nos quoq; delectu habito condidit duobus forulis auratis sub latini apollinis basi. Juue. Hic libros dabit z forulos mediāq; minerue. Apud Uirg. pro oppidanis accipimus forulos: cum lib. vij. ait. Laspriāq; coluut forulos z flumen bymelle. Fori etiam in agris sunt veluti parui sulci et oblongi. Col. Angustosq; foros aduerso limite ducens.

Forulus diminutiuū a fori de quo modo.

Fores proprie inquit Ser. que foris aperiūtur. Unde Plutar. memorat primus Valerio publicole fratri cum de Sabinis triumphasset domum publice posti tā cuius fores extra aperirent cū antea ceterarū ędiū intro reserādo ipellerent: vt ex hac cōcessione honoris appareret quotidie eā domū aliq̄d publice admissurā. Ualue q̄ intus reuoluunt: z se velant: hę p dimi nutionē forule appellant Janua prim⁹ domi ingressus. Cetera intra ianuā ostia siue value: siue fores generaliter vocātur: cuius vsus ista corruperit. Hoc nomen etiā singulariter declinat. Oui. li. j. de amo. Difficilē moto cardine pande forē. Cice. pro Lorne. Aperuit forē scalarū. Terē. Quidnā fores crepuit: Ubi Do. fores singularis numeri nominatiui casus.

Forculus de⁹ putabat q̄ foribus ꝑerat sicut Cardinea dea que cardinibus prerat: z Limentinus deus qui prerat limini.

Forcule diminutiuū a fores. Uar. lib. j. de re rust. Et ideo opozothecas qui faciunt ad aquilonem vt fenestras habeant: atq; vt perflentur curant: neq; tamen sine foriculis: ne cum humozem amiserint pertinaci vento vineta fiant.

Forinsecus penul. coz. significat qd aforis est: sicut intrinsecus: quod est intus. Augusti. lib. xx. de ciui. dei De pomis terrę sodomozum forinsecus quasi maturis: intrinsecus fumeis.

Foria: stercora liq̄dioza: sic dicta q̄ facile ferant foras.

Forio is ivi. ventrē deoccro: foras ejicio. Cuius cōpositum est Conforio. Pompo. in Dago. Conforisti me diodemes.

Foriolus cum accentu in antepe. qui ventrem solutum habet: z foria facile emittit. Laberius. Foriolus esse videris in coleos cacas.

Forica penul. coz. locus in quem alui stercora deūcim⁹ Juue. Inde reuersi conducunt foricas Et ꝑpue de publicis dicitur: latrina de priuatis a latendo.

Forem es et pro eo quod est essem es: tē. declinatione deficit inquit Diom. Sal. in Jug. Nam ego quidem vellem z hęc que scribo et ea que antea in senatu questus sum vana forent. Fore vero habet significationem participū futuri vna cum infinito esse. Idem est enim fore quod futurū esse. Ideo iungitur cū noie nō cū participio: vt spero te amicum fore: nō amaturum fore. Ci. Treba. Scribit ad me Cesar se tibi nonduz familiarē esse satis ꝑpter occupationes suas sed cito fore. Qñq; etiam cū participio presentis: qō est contra Gallā. Cesar. Nōnulli etiam cesari nunciabāt cū castra moueri aut signa fieri iussisset nō fore dicto audientes milites. Cōposita vero sine noie z sine participio. Uirg. Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus. Est autē Affore affuturum esse: afforē adesse Uirg. Atq; vtinam rex ipse noto cōpulsus eodez affuret Eneas. Ci. Ser. sulpitio Maio: mihi ratio affore nulla potest q̄s cōiunctio ꝓsuetudinis sermonūq; nostroz. Abfore de quo supra Confore. Conuenire et concordes esse. Teren. in And. Restat chremes: q̄ mihi exorandus est z spero cōfore. i. cōuenturos esse Defore deesse. Ci. contra Rul. Uerum arbitrabantur non defore qui illam restituerēt. Profore ꝓfuturum esse. Hora. Que nocuere sequar: fugiaz q̄ ꝓfore credam. Perfore valde futuz esse. Cice. Appio. pul. Tunc mihi ille dixit q̄ classe tu velles decedere per fore accōmodatuz tibi si ad illā maritimā partem ꝓuincię nauibus accessissem.

Forcipes penul. coz. a foruo z capio quasi foruicapes dictę sunt quibus forua. i. calida capiuntur. Uirg. lib. viij. Uersantq; tenaci forcipe massā. Et est pm Pulsatam masculi. q̄s femini generis.

Forfices penul. coz. quibus telam seu fila incidimus a ferro z filo dicti. Huius diminutiuum est Forficuli. Pli. lib. xxxv. Preterea mirum inuentū est q̄ incisuz forficulis vt diximus scribant.

Forpices:penultima correpta:quib⁹ incidimus pilos a ferro ⁊ pilo.

Forcus nomen viri ꝓpriū qui tres filias habuit gorgones. Stēnio.s.Euryalē ⁊ meduſam q̄ nimis locuples fuerūt: ⁊ Gorgones dicunt.i.terrę cultrices.

Forda:bos pregnans a ferendo. Ouid. Forda ferens bos eſt fecundaq; dicta ferendo. Priſci horda dicebant. Unde ⁊ ſacra Fordicalia: quibus pregnantes boues (vt inquit Var.) immolabātur.

Forma facies cuiuſq; rei quę imobilis eſt et naturalis ſultus ⁊ mouetur et fingitur. Tereñ. in And. Forma et vultu Soſia adeo modeſto. Quandoq; tamē ſpecialiter pro pulchritudine ſumitur. Horatius li.j. car. Forma captiue dominū tegmeſſe. Inde Formoſus tranſfertur ad architectos pro deſignatione. Li. lib.j.offi. Formam quidem ipſam marce fili ⁊ tanq̄ facie honeſtatis vides. Hinc cōpoſita fiunt. Conformis: Deformis: Informis: Uniformis: Multiformis: Semiformis ⁊ huiuſmodi adiectiua. Col.li.viij Quę cuncta remedia credunt eſſe aduerſus tonitrua quibus vitiantur oua: pulliq; ſemiformes interimuntur anteq̄ toti partibus ſuis cōſumentur.

Formula:parua forma: diminutiuus eſt: ⁊ capitur non nunq̄ pro lege ⁊ inſtitutione. Li.lib.iij.offi. Mondū Aquilius protulerat de dolo malo formulas. Et formulę dicuntur q̄ nos inſtrumenta vocamus.

Formella diminutiū a formula. Hiero.libro Regū. Accipe fratribus tuis decem formellas caſei.

Formoſus:pulcher a fotuo calido ꝙ ſanguie calidioze forma acquiritur. Contra langueſcente corpore forma perit. Hinc fit diminutiuum Formoſulus:q̄ vſus eſt Hiero. Contra Iouinianū.

Formo as:formā impono. Lactā.lib.j. Nam ſolis lunęq; ſimulachra humanum in modum format. Hui⁹ compoſita ſunt Conformo ſimul formo: configuro. Gel.lib.ij. Hippocrates in eo libro de quo ſupra ſcripſi cum ⁊ numero dierum quibus conceptū in vtero coagulū cōformatur. Lice.lib.iij.ad hereñ. In primo loco rei totius imaginē cōformabimus.i.in formam cōponemus. Aliquādo cōformari eſt quaſi aſſimilari. Idem Lentulo. Uerūtamen me ipſe cōformo ad eius volnntatē. Et apud apoſtolū. Nolite cōformari huic ſeculo. Hinc cōformatio quę pro cōfiguratione ponitur. Lice.lib.j.ruſ. Quaſi vero intelligāt qualis ſit in ipſo corpore:q̄ conformatio:quę magnitudo qui locus. Aliquādo pro exornatione rhetorica quę fit cum perſona fingitur:aut cum res muta ſiue informis fit eloquens ⁊ formata. Greco vocabulo dicitur proſopopeia. Deformo deſtruo ⁊ q̄ſi de forma deūcio. Lice. Qui ſunt qui italiam deformauerūt? Carthaginenſes. Quandoq; maculo ⁊ turpē facio. Hiero. Licet longa macerent ieiunia:abiecta ⁊ nigra veſtis deformet:longa officioꝝ ⁊ opeꝝ texat ſeries.&c. Lactā.lib.de opifi. Admirabili q̄ diuina ratione molitus eſt vt tamen hiatus ipſe naſi oris ſpeciem non deformaret. Interdum deformare eſt pfecte formare/figurare/deſignare. Hiero.lib. Numeri. Turgētibus gēmis eruperant flores: qui ſolūs dilatatis in amigdalas deformati ſunt. Victru. Architectus graphidis peritus vt deformare poſſit lineis imitationē quā velit edificioꝝ. Var.li.iij.de re ruſt. Inter quas locus deformatus ad tabulę litterarię ſpeciem. Informo formaꝝ do ⁊ inſtruo. Ambro.lib.offi. Et ſicut Tullius ad eruditendū filium ita ego quoq; ad vos informandos filios meos. Lactan. Chriſtus inſtructus venit in terram: vt eam doceret hominēq; in formaret. Reformo in priorem formam pono. Lactan. lib.j. Pedes quoq; claudoꝝ ad officiū gradiendi reformauit. Tranſformo/in alteram formam formo. Idem lib.vij. Et trāſformabit deus homines in ſimilitudinem angelorum.

Formie latina vrbs maritima iuxta Caietam quaꝝ Lacones cōdidere. Stra.lib.v. ſcribit oppidū formias eſſe maritimū vltra Taracinaꝝ quod prius hormias ab ορμησ id eſt ſtationis bonitate appellabant.

Formica a ferendis micis dicitur. Hica vero propte eſt puluiſculus ille qui in arena quaſi argētum fulget a quo ⁊ panis et omniū rerum minimę partes micę dicuntur: quaſi minutim cadentes. Uel dicitur ſimpliciter a ferendo: ꝙ nullū animal frequētius ponderā cōuehat: neq; ſi menſurā corporis reſpicias maiora. Inde fit diminutiū Formicula.

Formicinus a um.pe.producta qō eſt formicę. Plau. Homo formicinus.

Formicatio: vitium corporis cū parua tubercula rotunda pinguia corpus infeſtant. Plinius. Linis mulierium criniū cū fuerint cōbuſti addito melle ſanguinem ſiſtit illico: ⁊ formicationē corporꝝ. Dicta formicatio ꝙ veluti eſeſa carne formicę videantur. Et deformicatum dicitur a formicis ſubmerſuꝝ quibus cōfoueri ſolitum erat.

Formido penultima producta pauor a ferendo vt quidam ſentiunt: ꝙ vehementius in mouendo: vt ab ſe abeat foras fertur. Cicero. Formidinem metum permanentem diffiniunt.

Formido as:magnū timorem habeo. Plau.in ca. Himiſcę hercle illū male formidabā. Hui⁹ cōpoſita ſūt Deformido ⁊ Reformido q̄ ſignificant valde formido. Col.lib.j. Si vexationē vie nō reformidet.

Formidoloſus ⁊ actiue ⁊ paſſiue ſumitur pro eo qui timet. Tereñ. Egon formidoloſus.i.egone qui timeā. Et pro eo qui alijs timorem infert. Sal. Regibus boni q̄ mali ſuſpectiores ſunt: ſemperq; his aliena virtus formidoloſa eſt.i.quę formidatur.

Formidabile qō eſt formidandum.

Fornax a fotuo calido: vel a furuo atro Caminus vbi vel coquūt lapides. Hui⁹ diminutiuū eſt Fornacula.

Fornacalia:ferie farris terēdi gratia inſtituę ꝙ ad fornacem quę in piſtrinis erat ſacrificium fieri ſolebat. Ouid.lib.ij.faſ. Facta dea fornax lęti fornace coloni. Et paulo poſt. Curio legitimis tunc fornacalia verbis Maximus indicit nec ſtata ſacra facit.

Fornix icis:penul.cor. generis maſc. arcus in ędificijs et quodcūq; opus concameratum a furuo atro. Loca autem in arcum ędificata ſubobſcura ſunt. Cicero Uidet ad ipſum fornicem famanū. Quoniam vero meretrices in huiſmodi locis.i.ſub fornicibus habitare cōſueuerunt: ponitur fornix pro lupanari ſeu meretricia cella. Seneca libro.ij.cōtrouerſiarum. Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et in priap. Nigri fornicis oblitus fauilla. Hinc fornicor ⁊ fornicarius Unde fornicarię mulieres. Iuue. Lenonum pueri quocūq; in fornice nati.

Fornico as pe.cor. fornices facio: vel ſpeciem fornicuꝝ aſſumo. Pli.lib.xj. Ruentes ceras fulciunt pilarum inſtar interi⁹ a ſolo fornicatis: vt ſit aditꝰ ad ſarcīdū.

Fornicor idem eſt quod meretricor. Eſt autem meretricari cum meretricibus coire. Eſt etiam paſſiuū a fornico: ſignificans incuruari. Pli.lib.xvj. Populus cōtra omnia inferiora panditur: palma e contrario fornicatur. Dictum fornicari a fornicibus in quibus meretrices eſſe conſueuerunt.

Fornicarius a um: qō fornicatur: vt mulier fornicaria: quę vt Hiero. inquit ea dicitur quę copulat cū pluribus. Adultera q̄ vnū virū deſerēs alteri iungitur.

Fortis a ferendo dicitur: ꝙ equo animo fert aduerſa. Unde fortitudo quę eſt conſiderata periculoꝝ ſuſceptio et laborum perpeſſio. Uel vt alibi Idē Cicero diffinit. Eſt ſcientia rerum perferēdaruꝝ: vel affectio animi in patiendo ac perferendo ſumme legi pareno

sine timore. Aug. lib. j. de libe. arbi. Fortitudo est illa animę affectio quę omnia incōmoda ꝛ dāna rerū nō in nostra potestate cōstitutarū contēnimus. Macro. Fortitudinis est animum supra periculi metū agere nihilq; nisi turpia timere: tolerare fortiter vel aduersa vel prospera. Fortitudo prestat magnanimitatem fiduciā: securitatē: magnificentiā: constantiā: toleratiā: firmitatē. Fortis igitur dicit qui infractum habet animū. Quandoq; qui validis viribus preditus est: quandoq; celer. Virgili⁹. Si fœmina forti fidis equo qñq; formosus. Plau. Ecq̄d fortis visa est: Mirq; dicues. Idē ea fortē spōdidisse suā in tā fortē familiā.

Fortifico as: fortē facio. Plau. Fortifica animū.

Fortesco is: fortis fio. Ouius. Crescit annis et fortescunt vires.

Forticulus diminuti. a fortis. Cice. Quis idem Epicurus forticulū se in torminib⁹ ꝛ in strāguria sua ꝓbeat

Fortuna a ferendo dicta est: q̄ temere ꝛ sine ratione feratur. Est enim Fortuna accidentiū rerū subitus atq; inopinatus euentus. Hęc dea credita est Iuue. Te facimus Fortuna deā celoq; locamus. Fortunę vocabulū mediū est. Sed cū Fortunā solā dicimus intelligimus fœlicitatem. Unde fortunatos fœlices nominamus: infortunatos infelices: ꝛ infortuniū malam fortunam. Fortunę numero plurali dicunt diuitię.

Fors fortuna est euētus bonus. Vir. Forte sua lybicis tēpestas appulit oris. Teren. O Fortuna: o fors fortuna. Do. Aliud fortuna est: aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res Fors fortuna euentus fortunę bonus. Nam fors fortuna est cuius diē festum colūt q̄ in arte aliqua viuūt. Aliqñ Fors ꝓ forsitan.

Forsseat fors fuerit Sido. Remigio.

Fortuno as: est ꝓspero: in bonis augeo. Cice. Curioni Tibi patrimoniū tuū fortunent.

Fortunatus a um: qđ est ꝓsperū: qñq; ꝓpicium. Afra. Deos ego oēs vt fortunati sint precor.

Fortunate insulę a fructuū vbertate dictę sunt. De quibus Stra. lib. j. sic inqt. Fortunatę insulę cōtra mauritanię finē ad occidentē sunt. Qñ quidē ad partem ꝛ hispanię terminus concurrit. Ex ipso autē nomine manifestū est: qñ ꝛ has ipsas felices existimabant: q̄ huiusmodi locis propinquę forent. Fuerunt autem sex numero: quarum prima Ombrion. secūda Junonia. Tertia eodē nomie. Quarta Capraria. Quinta Pluuaria: a perpetua niue nebulosa. Sexta Canaria plena canibus ingentibus.

Fortunatim aduerbiuꝫ significat prospere. Plaut. Si dederit Iupiter vt fortunatim oia succedant.

Forte ꝛ nomen est ablatiui casus a fors qđ capitur pro fortuna. Hor. li. j. ser. Qui fit mecenas vt nemo quā sibi sorte: seu ratio dederit seu fors obiecerit: Illa cōtentus viuat. Nec habet alios casus nisi ablatiuum singulare. Virgi. Forte sua libycis tēpestas appulit oris. Et aduerbiū dubitandi: vt Forte sub arguta cōsederat ilice daphnis. In qua significatione accipiūtur Fortassis fortasse: forsan forsitan: ꝛ forsit: quę aliquando accipiunt pro temere: aliquādo sunt aduerbia dubitandi. Hora. lib. j. ser. Dissimile hoc illo est: q̄ nō vt forsit bonoꝛ Iure mihi inuideat quiuis.

Fortuitus a um: pe. pro. quod casu accidit: a forte ꝛ eūdo vt quidaꝫ aiunt. Aug. lib. v. de ciui. dei. Fortuita dicunt esse quę vel nullas causas habent: vel non ex aliquo rationabili ordine veniunt. Hinc fit aduerbiū Fortuito. Est ꝛ fortuitus nomen quarti ordinis: vt apud eundē lib. x). Et sicut non est consequēs vt fortuitu potius ꝙ ratione diuina deus non alio sed isto in quo est loco mundum constituerit.

Fossa: locus vnde terrā fodissent ab effossa terra dicta. Col. lib. iij. Priusq; pomariū constituas ꝙ magnum habere voles circūmunito maceria aut fossa ita vt nō solum pecori sed nec homini transitus sit nisi per aditum dū adolescant semina Vlp. scribit fossam esse receptaculū aquę manufactū vt ad castra seu vrbes oppida ve aut alia huiusmodi munienda. Potest etiaꝫ Fossa esse participiū: vt Fossa terra.

Fossor qui fodit. Virgi. lib. ij. Geor. Et labefacta movens robustus iugera fossor.

Fossio ipsa fodiendi actio. Col. lib. v. Deinde maleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere.

Fossura: fossio. Idem in eodem. Hanc planam fossurā maxime nos ꝓbamus: numerus autem fossionis aut idem debet esse qui primi anni aut vna minus.

Fossula pe. cor. dimi. parua fossa. Cato Deide fossulas facito qua radices aspergi dimittas.

Fossarius clericus mortuos sepeliēs. Scribit Hiero. primū in clericis gradū fossariorū ordinē esse: q̄ in similitudine Tobie sancti sepelire mortuos admonēt vt exhibentes visibiliū rerū curā: ad inuisibiliū festinēt: ꝛ resurrectionē carnis credētes in dño totum qđ faciunt deo se prestare nō mortuis cognoscāt.

Fossicius a um: qđ fodit. Pli. lib. xxxvj. Arenę tria genera. Fossicia. cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marine tertia.

Fossile pe. cor. qđ fodit: seu qđ fodi pōt. Pli. lib. xxxvj. Theophrastus auctor est: ꝛ ebur fossile cādido et nigro colore inueniri ꝛ ossa e terra nasci. Et lib. xxxiij. Tunc sale fossile adūciūt. i. qui fodiat.

Fotus a um: participiū a foueo: vt apud Esaiā. Vulnꝰ ꝛ liuor ꝛ plaga tumens nō est circūligata: nec curata medicamine neq; fota oleo. i. aspersa. Fotus us: substantiuū. Amb. lib. j. offi. Radices arborū aut vrantur frigore aut fotu solis virescant.

Foueo es: foui fotum: significat nutrio: sustineo: proueho. Virg. lib. iij. geor. Progenię vidosq; fouent. Interdū aspergo madefacio. Idē lib. vij. Fouit ea vulnꝰ lympha longeuus iapix. Interdū cōstituo. Idem li. iij. geor. Sub terra fouere larem. Interdum Tueri vt apud eundez lib. ix. Non obuia ferre arma viros sed castra fouere. Interdū amplecti seu in delicijs habere. Idē Infelix o semp ouis pecus ipse neerā Dū fouet ac ne me sibi ꝙferat illa vereť. Huius cōpositę sunt Cōfoueo simul nutrio. Circūfoueo. Amb. Mater eū maria sinu circūfouet. Refoueo rursus foueo. Col. in ꝓsa. li. ij. Sed si frequēti ꝛ tēpestiua ꝛ modica stercoratiōe ęra refoueať. Et hęc hūt fo. syllabā cor.

F Ante R

Frenum cum ę. diph. a frangendo: Instrumentū quo equus coerceť dictū q̄ equoꝝ ora frangat. Sūt etiaꝫ qui a ferendo deducant: q̄ equos vertat ferat q̄ quo velit. Seneca. Hyppolytus arctis ꝓtinet frenis eąs Frena Peletronij inuenere qui ꝛ strata equorū primi monstrauerūt. Et in singulari quidē neu. generis est in plurali tā mas. ꝙ neu. Aug. lib. x. con. Itaq; freni gutturis tēperata relaxatione ꝛ ꝓstrictione tenēdi sunt. Hinc cōponunt Effrenus a um. Et Effrenis et hoc effrene: qđ est sine freno. Virg. li. iij. geor. Gens effrena virū riphęo tundit euro. Ser. i. seua rectorē recusans. Hiero. Nequaq; effreni lingua reperiaris Infrenus siue infrenis eiusdē significationis vt illud Hinc numide infreni cingunt.

Frenū mordere significat ꝓtēnere. Translatio ab equo qui cum sessorē contēnit frenū mordet. Cice. Comifi. Si frenū momorderis peream.

Freno as: cōtineo cohibeo. Virg. li. iij. geor. Et glacie cursus frenaret aquarū. Huius composita. Defreno quod est frenum depono: siue ablq; freno rectore veduco. Ouid. lib. j. me. Et defrenato voluunt in equora curlu. Effreno idem significat Cice. li. iij. tusc. Et

gritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat: metus recessum quendam animi ⁊ fugam: leticia profusam hilaritatē: libido effrenatā appetentiā. Hā effrenatus dicit̄ q̄ cohiberi ⁊ p arbitrio nostro agi nō pōt Refreno quasi retraho. Lactā. li. vj. Virtus est ira3 cohibere: cupiditatē compescere: libidinē refrenare: Suffreno. Pli. lib. xxxvj. Sed ad structurā infidelis nisi multa suffrenatione deuinctus.

Fretus a um: idem quod sustentatus confisus q̄3. Et est incerte originis. Licet a fruor quidam participiū esse velint. Et scribitur cum diph. vt differat a fretū quod mare significat. Plau. in Am. Magnanimi viri freti virtute ⁊ viribus.

Frango is: fregi ctū rumpo. Plau. in Asi. Quis nostras sic frangit fores? Dicimus etiam Fregit nauim fregit brachiū: quasi ipse fregerit ⁊ nō potius passus sit. Terē. in An. Is fregit nauē apud andrū. Et. Hze galesq̄ eū in campū cū nō venisset requirerēt excusauit vespa. Terētius q̄ eum brachiū fregisse diceret. Hoc est q̄ ei brachiū esset fractum. Frangi vero in fḡmina est rem habere cuz fḡmina Cypria. ad Enagriū docet quēadmoduz masculus frangatur in fḡminam et sexus arte mutetur. Huius cōposita sunt Confringo simul seu in totū frango. Lactā. lib. iij. Vt videat̄ iam pzidē suis armis esse cōfracta. Defringo de quo alibi. Diffringo diuersis modis siue in varia frusta rūpo. Plau. in asi. Crura hercle difringēt. Effringo valde frāgo. Idē in cap. Neq3 ieiunios fores: neq3 magis effractū fame vidi. Terē. in adel. Fores effregit. Et effringere dicit̄ vt auctor est Var. cū glebę grādes pzima aratione solēt excitari. Infringo valde frango Vide alibi. Offringo pfringo valde siue i totū frāgo Cice. lib. iij. offi. Ego etiā cū Catone meo dissensi: nimis pfracte videbāt̄ grariū vectigaliaq3 defendere. Prefringo vide alibi. Refringo. Suffringo aliquā tulā seu p mediū frango. Lactā. lib. iiij. Carnifices nō putauerunt ossa eius suffringere: sicut mos eozum fe rebat. Plau. in Tru. Ut ego hisce suffringam talos Ascen. Frangi in fḡminā longe aliud significat.

Fragmen ⁊ fragmentū accipi solent p parte rei fractę

Fragor: sonitus qui ex arboze aut alia re fracta reddit̄. Virg. li. j. geor. Et horridus altis mōtib⁹ audiri fragor. Ser. Horridus fragor sonitus qualis solet fieri ex aridis cū franguntur arboribus. Liui. lib. j. Jam fragor: tecto3 q̄ diruebāt vltimis vzbis ptib⁹ audiebāt̄.

Fragosus a um: a frango asper atq3 gruptus. Col. li. ij. Inculta igit̄ locū cōsiderem⁹: siccus an humidi⁹: ne inozosus arboribus: an lapidibus confragosus.

Frago as vigilias circūeo: q̄ eo labore homo frāgatur

Frageo es: a quo frageſco is: quod est frango: Plau. Fragescit animus miserūs.

Frangile pe. co. caducū debile et qō facile frangi pōt. A quo fragilitas/debilitas/inconstantia.

Fragiliter inconstanter.

Fracidus a um: pe. co. a frango dicit̄ qō est pluscq̄ maturū et iam putrescens. Cato. Fractozes volūt vt oliua in tabulato diu sit vt fracida sit quo facili⁹ efficiāt. Quidam fracidū a fraceo deducunt.

Fraceo es: a quo Fracesco quod est quasi frāgor resoluor et quasi vetustate putrefio. Columella libzo. j. Oleum quod nimis pzouenit: si congelatur fracescet id est putrescet. Varro. Hęc de qua fit oleum congeri solet aceruatim dies singulos i tabulata vti ibi medio criter fracescat.

Fragitides pe. co. auctore Celso dicunt̄ venę grādes quę tumidę ab vtroq3 latere colli apparent.

Fragra moza q̄ in terra nascunt̄. Virg. Qui legitis flores ⁊ humi nascentia fragra.

Fragrare odozē emittere a frangendo: quia res fractę vehementer olent. Aug. lib. j. de ci. dei. Hā pari motu exagitatū ⁊ exhalat horribiliter cęnum ⁊ suauiter fragrat vnguentū. Hinc fragrantia. Piero. in Heſi. Vt sensit vestimentoz eius fragrantiam.

Fragor aris: non est in vsu cū tñ cōposita Refragor et suffragor habeant̄ quozū primū pro repugno: secundū pro adiuuo quasi subfragor accipitur.

Framea ę. pe. co. ab aliquibus exponit̄ pro lancea siue hasta. Tacitus de Germanis. Me ferrum quidem supereſt sicut ex genere telozū colligitur raro gladijs aut maioribus lanceis vtunt̄: hasta vel ipsoz vocabulo frameas gerūt angusto ⁊ breui ferro: sed ita acri et ad vsum habili vt eodē pzo vt ratio poscit vel comminus vel eminus pugnēt: ⁊ eques quidē scuto frameaq3 cōtentus est. Aug. Yo in octauū pſ. pro gladio accipit sic scribēs. Gladiū dei bis acutū: hoc est framea Juue. Et martis frameā ⁊ tyrrhei spicula vatis.

Franosus qui fraudem cōmisit.

Frater: dicitur q̄ sit fere alter vel a greco. Hzeci enim φρᾶτρασ coniunctos appellant: ⁊ φρατρίαν vocāt contuberdium. Et quattuoz modis in sacris dicitur. Matura. s. gente/cognatione ⁊ affectu. Matura sicut zū. patriarchę filij iacob. Gente qua omnes iudei inter se fratres vocantur: sicut habetur in Deut. Non poteris cōstituere super te alienigenā: quia nō est frater tuus. Cognatione fratres vocāt̄ q̄ sunt de vna familia. i. patria quas latini paternitates interpzetant̄ cum ex vna radice multa generis turba diffunditur: vt in Heſi. dixit Abraam ad Loth. Non sit rixa inter me ⁊ te: ⁊ inter pastozes meos et pastozes tuos: quia fratres sumus. Affectu qui in duo diuiditur in speciale ⁊ in cōmune. In speciali quia oīes christiani fratres dicunt̄: vt Ecce q̄bonum ⁊ q̄iocundū habitare fratres in vnum. In cōmuni: quia omnes homines ex vno patre nati pari germanitate pīūgimur sicut apostolus ad Corinthios. Si quis frater nominatur fornicatoz aut auarus.

Fraterculus diminutiū. i. paru⁹ frater. Juue. Unde fit vt malim fraterculus esse gigantū.

Fratria vzoz fratris. Nam fratrię dicūtur quasi fratrū inter se vzozes.

Fratrueles siue fraterni appellant̄ duozū fratrū filij: q̄ et fratres patrueles dicunt̄.

Frater patruelis: filius patrui. Fratres patrueles sozoresq3 patrueles dicuntur q̄ queve duobus ex fratrē bus pgenerant̄: vt apud iurisconsultos traditū est. Sue. in Cesa. Qui fratri patrueli suo Marco in cōsulatu succesſerat.

Fraternus substantiuum appellatur fratris filius: inquit Hieronymus: quo vocabulo vsus est in libzo Canticozum.

Fraternus a um: possessiuum: vt fraternus amoz: a quo fraternę aduerbium q̄ō est ad similitudinem fratris. Augu. Cū eū a teneris annis ardētissimo illo puerili amoze mihi cōiunctū plusq̄ fraternę amarem.

Fratrare pueroz māmę q̄ velut frēs pares oriātur q̄ō etiā in frumento spica facere videtur.

Fratilli villi sozdidi in tapetis q̄ p terrā ferunt̄.

Fraus a ferendo deceptio q̄ alicui infert̄ sicut impostura ab imponendo. Accipitur quandoq3 pro periculo Virgi. lib. v. Quis deus in fraudē quę dura potentia vestra egit: Et in iure lectum est: Erat illa res fraudi: id est periculo: Quādoq3 pro pęna. Cice. libzo de oza. Idcirco narrabo ⁊ fraude capitali esse. Virgili⁹ lib. xj. Jam noſces vētosa ferat cui gloria fraudem. Differūt tñ ꝑm Ulp. pęna et fraus: q̄ fraus sine pęna esse potest. Pęna sine fraude esse non potest. Pęna est norę vindicta: fraus et ipsa nora dicitur ⁊ quasi pęnę quedā pzeparatio. ηοῖ φραξωτο λέγω καὶ φρασὶσ ο λογοσ εκμικρουσῆω λογω λο λοσ δε ἐρ πραγμασι.

Fraudulosus qui fraudem facit qđ magis a diminuti/uo fraudula ꝺ a fraude videtur descendere.
Fraudulentus: fraudis plenus: a quo fraudulẽter hoc est cum fraude.
Frausus: erit qui fraudez cõmiserit. Plau. in Ast. Nõ placet me tuo in cõmune ne quã fraudem frausus sit.
Fraudo as: decipio: Et dicimus fraudo te. Et fraudo te hac re. Virg. Quẽ regno hesperię fraudo z fatali/bus aruis. Fraudare geniũ: est nõ satisfacere necessi/tati naturę z voluptati. Cuius contrarium est curare geniũ. i. laute viuere. Fraudare desiderium est nõ fa/cere quod cupit z non esse voti compotẽ. Unde le/gimus. Nõ fũt fraudati a desiderio suo. Hinc cõpo/nitur Defraudo.
Fraxinus penultima correpta: genus arboris ꝙ in fra/gosis locis nascatur.
Fregella: olim ciuitas: nũc ꝙo vicus nõ lõge a Velitris
Fremo is ui itum: tumultũ facio: vt sit ab vndis maris Virgilius. Talibus illoneus cuncti simul ore freme bant. Ser. Fremebant hoc est consentiebant. Et be/ne ore: qz etiã armis possumus fremere. Unde Lact. lib. vij. Fremẽt vbiq; bella: oẽs gẽtes in armis erunt. Huius cõpositũ est Infremo pe. cor. qđ est valde fre mo. Idẽ lib. ij. Si belli terror infremuit.
Fremitus us: pe. cor. proprie sonus fluctuũ z in popu/lo murmur indignante z pre iracundia humanaz vo cem imitante. Virg. Fluctibus et fremitu exurgens benace marino. Festus vult Fremitũ dictũ ferimẽtũ.
Frendeo es dui. fresum: significat frango. Unde faba fresa dicitur mola leniter fracta. Col. Licera bubus erui loco fresa dantur in hispania betica. Et frendere est cũ gemitu siue iracũdia vocem emittere: vt apud Esaiam: Rugiet vt catuli leonũ et frendet z tenebit prędam. Hierony. in Paulo heremita. Et ille barba rum nescio quid frendẽs z frangens potius verba ꝙ proloquẽs inter horrentia satis blandum quesiuit al locutuz. Hinc cõponitur Infrendeo: quod est valde frendeo. Virgi. lib. iij. Dentibus infrendens gemitu graditurq; per equora iam mediũ.
Frequens. Vide in dictione Celebris.
Frequento as: sepe vel cum multis adeo. Salu. Iuuẽ/tutem quę domũ Catilinę frequẽtabat. Inde frequẽ/tatio z frequentia pro cõuentione z cõcursu seu mul/titudine. Idem. Reliquos cũ custodibus in eadem cõ cordie venire iubet. Eo senatum aduocat: magna fre quentia eius ordinis erat. Aliquando frequẽtare est frequenter facere. Aug. lib. ij. de ciui. dei. Extruantur amplissimę atq; ornatissimę domus: vbi opipara cõ/uiuia frequententur.
Frequentarius a um: veteres dixerunt ꝑ frequẽte.
Frequentatiuũ: qđ frequenter fieri aliquid significat.
Fretum ab vnda z fremitu dictum: vt Varro inquit: a similitudine feruentis aquę ꝙ in fretum sepe concur/rat estus atq; feruescat. Et significat siue mare natu/raliter mobile. Angustias enim quibus athlanticum mare irrumpit terras greci πορθμον. latini fre/tum appellant. Ubusue pro ipso mari. Hinc trans/freto transfretas penultima correpta quod est trans fretum nauigo.
Fribolus: pe. cor. quasi fere obolo dignus.
Frico as: fricui frictum. Unde fricticus ꝑm Priscianũ Iuue. Si prurit frictus ocelli angulus. Gregorius ta men dixit Confricatus. Macer. Urtice foliis reuo/catur vulua fricata. Est aũt fricare sicut sonat Virg. lib. iij. Geor. Fricat arbore costas. Hui⁹ cõposita fũt Affrico iuxta frico Col. lib. viij. Pecudes aut mor/su scalpũt aut cornu aut vngula tundunt: aut arbori af/fricant parietibus ve detergũt. Pli. Barathro ber be fese affricat. Confrico simul frico. Plau. in Ast. Et qui pol hodie non feres pi genus; pricẽtur. Col. lib. ij. Boues cum ab opere dimiserit substrictos cõ/fricet: manibusq; comprimat dorsum: z pellem reuel/lat. Defrico deorsum frico. Cice. lib. iiij. ad Veren. Nam vt forte hic in balneas venit: cepit postq; defu sus est defricari. Col. libro. ij. Solida in sole siccẽq; et radice silphi trita cum aceto aspergatur defricetur Infrico intus frico. Idem libro. vij. Mirifice prode rit fuligo ex aheno vlceri infricata. Col. lib. vij. Delli de nares perfricato vt homines discãt odorari. Pli/nius in prologo. Perfricui faciem nec tamen profeci Mos est eorum qui cum pudore aliquid agunt vt fa ciem perfricent natura ipsa ad id impellẽte: quasi ad abigendum sanguinem qui ex precordijs ad faciei su perficiez confluit. Propter quod querit Aristo. Cur pudore facies hominis erubescat metu pallescat: cũ pudor nihil aliud sit ꝙ timor futurę reprehensionis. Hinc ergo ortum est prouerbium: vt quotiens dice/re volumus nos pudorem deponere dicamus. Per/fricui faciem: hoc est pudorez expuli. Refrico rursus frico. Cice. Sex. publij filio. Sin aũt omnia q̃ sentio perscripserim: ne refricem meis litteris desideriũ ac dolorẽ tuũ. Et omnia habent pe. cor.
Frigus oris: pe. cor. z Frigor oris: pe. pro. ꝑ horro/re qui est contrarius calori. Virgi. lib. j. Geor. Fri/gusq; colorẽq; inter. Macer. Pellet frigorem reuo cabit z ipsa calorẽ. Aliquando sumitur pro metu ab eo qđ precedit ad id qđ sequit. Virg. Extẽplo aeneę soluunt frigore mẽbra. Ser. Frigore: id ẽ timore Re/ciproca translatio: z timor pro frigore z frigus pro ti more ponitur: vt in Teren. Horem tuam pauitare aiũt non timere sed laborare frigoribus. Utrũq; est in vnum exitus cadunt sicut z de calore z frigore ve/re dicim⁹ vt est Aut horrẽs penetrabile frigus adurat Rursus frigus dicit ipsa acris natura. Virgi. lib. ij. geor. At sceleratũ exquirere frigus difficile est.
Frigeo es: frigui z frixi ꝑm Diom. frigidꝰ sum. Prisci. Syllaba vero naturaliter longa ante geo mutat geo in xi. vt lugeo luxi: frigeo frixi. Virgi. libro. vj. Cor/pusq; lauant frigentis z vngunt. Fit autem frigeo vt quibusdam placet a frango: ꝙ tam calor ꝙ horror ni/mis corpora frãgat. Alii a greco deducũt. απο του φρυττω qđ est horreo. Unde φρικη horror siue fri gus dicitur. Interdum Frigere est segnẽ esse. Plau/tus Frigent omnes nemo se vomet. Huius compo/situm Refrigeo.
Frigesco is: frigidus fio. Lactã. lib. vij. Quos autem morbus interimit: spiritũ diutius exhalant: vt paula/tim frigescentibus membris anima effletur: quę cum materia sanguinis contineatur: sicut lumen oleo ea materia febrium calore consumpta necesse est mẽbro rum summa queq; frigescere: quoniaz vene exiliores in extrema corporis porrigũtur: z extremi z tenuio/res riui deficiente vena fontis arescunt. Hinc Refri gesco compositũ. Col. li. vij. Si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus est: aut sudans in ope/re faciundo refrixit.
Frigidus a um quod habet frigus. Ouidius. Frigidꝰ glacie pectus amantis erat. Quãdoq; frigidus dicit segnis. Virg. Largus opum z lingua melior sed fri/gida bello dextra. Aliq; pniciosus z nocens eo ꝙ fri gida nature mortalium pernicioſa sunt. Idẽ. Frigidus o pueri fugite hinc latet anguis in herba.
Frigidulus diminutiuũ est: qui est parum frigidus.
Frigorificus a um: quod frigus inducit: sicut a calore calorificus.
Frigefacio: a quo frigefio note significationis.
Frigero as pe. cor. Frigefacio: a quo Refrigero quod est rem aliquam calidam frigidam facio. Perfrigero valde frigero. Plinius. Omnium earum vis eadem perfrigerare est astringere.

Frigutio is iui. Frigutire: sursum saltare vt est ex frigore tremere: vel a calore frigere: et quod nos vulgo dicimus sgrisolos habere. Plau. in Cas. Nam quid frigutis? quid istuc tam cupide cupis?

Frigella auis dicta q frigore cantat ⁊ vigeat.

Frigo frigis. xi. xum. ⁊ gui ctum: significat torreo quod vulgo dicitur Friçere. απο του φρυττειν οθεν λεγεται φρικη.

Festus: frigere ⁊ frictum a greco: Inde frictorium ⁊ frixorium in quo quid frigitur. Hiero. in Esaia. Confrixa sunt ossa mea tanq̃ in frixorio. Cor. Celsus. Tum res eadem magis aliť iurulenta q̃ assa: magis assa: q̃ frixa. Hiero. ad Furiam. Pueri erãt nec dum ad sartaginẽ venerãt in qua rex babylonis senes iudices frixit. Hinc sunt cõposita Defrigo et perfrigo. Iuue. Et si perfrixit cantat bene.

Frixorium a sono frixationis dicť sartago in qua quid frigitur: quę ⁊ frictoriũ appellatur.

Fritilla cibus ex pulte factus qui frigiť.

Frit dicitur illud in summa spica iam matura: quod est minus q̃ granum.

Fritillus apud nos dicitur tabula lusoria qui apud grecos Pyrgus in quo tesserę coniectę agitateq̃ mittũtur inquit Porphirio. Et quo demonstrat tesseras cõfici fritillo tanq̃ vasculo quo agitatę deinde mittũtur in alueolum. Iuuenalis. Paruoq̃ eadem mouet arma fritillo. Dictus fritillus vt quidã putãt a crepitu ipso tesserarum: vel q sup eo tessere ferant. Hinc etiã Alueolus dicť ⁊ Pyrgus. Var. Dum blanda vagus alea decẽber incertis sonat hinc ⁊ hinc fritillis. Varro. Quales sunt tessere quibus in alueolo ludiť. Hora. Witteret in pyrgũ. Alii in fimum.

Frio as: significat tero. Plinius. In ipsa quidẽ ethiopia friatur. Hic tanta est siccitas vt farinę spissentur in panem. Huius composita sunt Affrio. Infrio q̃ est terendo aliquid digitis leniter inspargo. Suffrio paululum contero.

Friabile: q̃ facile friatur ⁊ quasi manibus minutim teritur. Pli. lib. xxviii. Optimaq̃ est quę candidissima ⁊ friabilis minimeq̃ põderosa cũ terať inter digitos

Friuolus a um: pe. cor. a frio as dicť q̃ est inane leue nulliusq̃ momẽti: sicut friuola dicunť verba q̃ minus fide sunt subnixa. Unde friuola pro nugatorijs q̃q̃ poni cõsueuerũt. Et vasa friuola q̃ vix attrectãdo aliquid confringunť: ⁊ in puluerẽ vertunť.

Frons frontis ab oculorum fœtu: vel a ferendo q indicia animi prę se ferat. A dextra ⁊ sinistra temporibus: a superiori capillorum radice: ab inferiori vero parte supercilijs terminata: corrugatur in tristiciam ⁊ in leticiam dilatatur. Est em̃ tristicię hilaritatis clementię seueritatis indicium. Et pudorem significat. Persius. Exclamet me licerta periisse Frontẽ de reb⁹ Et ob hanc causam frontẽ Genio puĩci consecrarũt. Dicit etiã frons de rebus inanimatis. Vir. Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum. Et licet a grãmaticis genere fę. proferať tamen a Cecilio genere mas. ponitur: hi sunt inquit inimici pessimi fronte bilaro: tristi corde: Hinc cõponiť Bifrons.

Frontale: q̃ ad frontẽ ponitť. Pli. lib. xxxvii. Quõdãq̃ tantę magnitudinis fecere vt equis reguꝫ in oriente frontalia atq̃ pro phalaris pensilia facerent.

Frontati vt est apud Victr. id genus laterũ dicunť q̃s greci diatonos appellant: q⁹ p latitudinẽ totam porrecti vtrãq̃ parietis frontẽ conficiant.

Frontosus pro impudente capitur.

Frons dis generis fę. a fero q frondes arboꝫ huc atq̃ illuc a vento ferant: ꝓprie aũt frondes arborum dicuntur: folia vo tam arboꝫ q̃ herbarũ ⁊ florũ. Hinc frondifer. Lucre. Frondiferasq̃ domos auiũ.

Frondeus a um: quod totus ex frondibus est: vt torus frondeus.

Frondosus a um: quod frondibus abundat: vt lucus frondosus.

Frondarius a um q̃ ad frondes ꝑtinet: siue q̃ ex frondibus est. Pli. li. xviii. Unus frondator quattuor frõdarias siscinas cõplere in diem iustũ habet.

Frondeo es dui: Frondes habeo. Virg. Mãc frondẽt sylue. Hinc Frondescere. Colu. lib. v. Nihilominus em̃ paucis frondescet pãpinis.

Frondo as: frondes emitto a quo frondator frondatio ⁊ Defrondo q̃ est frondes deũcio.

Frondator qui arbores amputat: ⁊ qui frondibus manipulos facit hyemis tẽpore aialibus ad pastuꝫ efferẽdos. Et qui manib⁹ vitiũ folia vellit: quo ardor solis vuam maturiorẽ reddat.

Frondatio. Col. li. vj. Atq̃ in frondatione cauendum ne aut prolixiores pollices fiant qui ex amputatatis virgis relinquũtur.

Fruor eris: fructuꝫ in supino ŷm Priscianũ: sicut struo structuꝫ. Lice. in horteñ. Et amgnitate summa per fructurus est. Ulp. tamen ad sabinum. Frutũ fruiturus nõ fructurus quomodo ortum oriturus Frutũ fruiturus: mortuũ moriturus dicit: q cũ i. in ꝑterito nõ habeãt id in futuro habẽt. Hiero. vo ad principiã fruitum dixit. Sepe ⁊ multũ flagitas virgo christi principia vt memoriã sanctę fęminę marcellę litteris recolam: ⁊ bonum quo fruiti sumus etiam ceteris noscendũ imitãdũq̃ describã. Lice. lib. iii. tus. Zeno stoicorũ acutissimus contẽdere ⁊ magna voce dicere solebat: eũ esse beatũ qui ꝓsentibus voluptatibus fruetur: conſideretq̃ sese fruiturũ. Utra autem sit verior: sententia q fruor fructũ an q fruitum faciat non satis dignosci potest: q raro huiusmodi exempla reperiantur ⁊ nõnunq̃ vitiata: puto tñ q fructus ⁊ fruitus a quo fruitio: nõ fretus faciat: cuꝫ nõ sit eiusdẽ significantię. Neq̃ astipulor illis qui dicũt frui de humanis dici. Cum et in bonam ⁊ in malam partem accipiať. Aug. lib. xv. de ci. dei. Boni ad hoc vtunť mũdo: vt fruantur deo: mali autem: vt fruantur mundo vti volunt deo. Hiero. ad Iuliauũ. Difficile imo impossibile est: vt ⁊ ꝓsentibus ⁊ futuris quis fruať bonis: ⁊ ventrẽ hic ⁊ ibi mentẽ impleat. Iuuenalis. Exul ab octaua marius bibit ⁊ fruitur dijs iratis. Est itaq̃ frui quasi delectationem ⁊ fructũ capere. Terẽtius in adel. Est hic paululũ quod locitas foris huic demus qui fruať. Composita huius verbi sunt Defruor et perfruor: quę significant in totũ fruor: seu omnem fructũ ꝓcipio.

Fruiscor a fruor deducitur: sicut a fateor fatiscor. Vetellus ad domitios. Illi vero omni iure atq̃ honeste interdicti: ego neq̃ aqua neq̃ igni careo: sed summa gloria fruiscor. Celsus libro. ii. cũ accusatiuo iunxit. Domus suas inquit quandoq̃ iubet ire et sua omnia fruisci.

Fruniscor ꝑ fruor. Cato posuit ⁊ fruitũ dixit prudentem. Hoc est eum quo perfrui liceret: sicut econtrario infrunitum insipientem ac stolidum: qui illi vsui esset: q̃uis alii frontum per o. a greco φρονιμον. em̃ greci prudentẽ dicunt αφρονα vero dementem. Unde est illud in sacris litteris. Et animo irreuerẽti ⁊ infronito ne tradas me.

Fructus tus: ⁊ fructi ⁊ fructuis. Teren. in Adel. Mãe exacta ętate hoc fructi pro labore illis fero. Varro. Quero vtrũ fructuis an delectationis causa vẽdatis Antiqui etiam hęc fructa dicebant. Cuius loco dicitť hęc fruges. Et a fruendo dicitť fructus: vt inquit Varro: quia bis fruimur. Quidam etiam a Ferendo fructus deriuant: ⁊ dicuntur ille res quas fundus fert ⁊ quę in fundo sunt ferunť.

Fructifer a um: q̃ fert fructũ. Hoc est pingue fertile;

et Fructiferę arbores q̃ ferunt fructū.

Fructuarius: dicit̃ cuius fructus: Fructuarius a. um. quod fert fructū: seu quod ad fructū pertinet. Colu. lib. j. Pars autē fructuaria diuiditur in cellā olearią torcularią ꝛ cellam vinariam. Idez lib. iij. Cū vitem inserere voles optimi generꝫ sarmenta fructuaria cū gẽmas agere incipiet vẽto haustro a matre p̃cidito. Palla. Decisis male natis oĩibus ꝛ veteribus nouellos ꝛ fructuarios serues.

Fructificus a. um. idem quod fructuosus: qui fert fructum. i. vtilitatem p̃stat.

Fruges frugis: vel hęc frux frugis ſm Prisci. vt notat Var. de anal. Frux legumen triticum a quo frugi indeclinabile deriuatur. Sunt autē frugi homines qui in omni re motibus animi moderantur. Unde est pisonis illius cognomen. Iuso. Ante equidē campis q̃ spicea supperet frux Festus. Particeps frux ventris. i. pinguitudo. Et a fructu seu fructo dr. Mā id ē qđ segetes ferũt. Et generaliter fruges dicũt quicq̃d ex fructu terrę in alimoniam vertimus. Ūñ frugiferę arbores dicte sunt quecũq; fructū ferũt qđ redditum dicim⁹ sicut docet Ulp. Non solū qđ ex frumẽtis et leguminib⁹ verū etiā qđ ex vino vel ex siluis ceduis cretę fodinis; lapicidinis capiť. Festus. Ser. et Do. frugis vocabulū a frumine eminente sub mento gutturis seu gurgulionis parte qua cib⁹ in aluũ demittitur a ferendo cibo appellatū dicũt. Et alio nomine dicitur rumẽ. Errant igiť qui discernunt fruméta a frugib⁹. Mā Cice. ait. Olei ꝛ frugũ minutarũ cũ de leguminibus diceret: vt ostenderet etiā fruméta fruges vocari. Liui. Eā gentẽ traditur fama dulcedine frugũ maxime vini noua tum voluptate captā. Hinc de frugo as. de quo supra.

Frugi nomen a fruge denominatũ oĩis generꝫ ꝛ indeclinabile est: sicut nihil a nihilo et ſm Prisci. lib. vj. cũ omnibus casibus iungiť. Hinc Var. Jentacula frugi dixit. Et tā frugi iuno vellet habere iouẽ. Quintil. Tarat eos a quibus dr frugalis ꝛ non frugi tanq̃ frugalis sit dictio parũ proba. Cum tã quod mirum videri potest frugalior ꝛ frugalissim⁹ vsurpenť. Dicitur aũt Frugi homines. Terẽ. in eu. Frugi es. Ubi Do. Frugi vtilis et necessari⁹: a frugibus quę q̃ his fruamur dicte sunt. Inde Fructus ꝛ frumenta. Greci frugi hoies ηρησιμους dicũt. i. vtiles. Ūñ anti qui seruũ laudare volentes frugi dicebant: tanq̃ sobriũ vtilẽ ꝛ necessariũ. Plau. in am. Ita seruum par videtur frugi sese instituere. Cice. lib. iij. tus. Sed qz nec qui propter metum p̃sidium relinquit quod eſt ignauię: nec qui propter auariciam clam depositum reddit quod est iniusticię: nec qui propter temeritatẽ male rem iussit: quod est stulticię frugi appellari solet. Eas tres virtutes fortitudinem iusticiam et prudentiam frugalitas complera est. Ergo frugi hominem bonum et virtute p̃ditũ intelligimus. Cuius contrarium est neq̃. Cuius significatio vna est: q̃ sit libidinis intẽpers̃. Altera q̃ ad nihil bonus sit sed plane malus. Unde piso frugi appellatus est. Colu. lib. j. Eiusdem agilitatis homo frugi melius q̃ neq̃ faciet. Accipitur etiā frugi p eo qui in victu vestitu cęteris mulibusq; tẽperans ẽ: sicut econtrario Luxuriosus apud Sene. Quintilianumq; de duobus filijs frugi Luxuriosoq;. Hor. Parcius hic viuit frugi dicatur. Unde frugalitas auctore Cice. ea virtus dici potest quā greci sophrosynẽ: latini tum tẽperātią tũ moderationẽ appellare cõsueuerũt. Sene. Luxurioso frugalitas pęna est. Iu. lib. j. de brā vita. Merito virtutũ omniũ matrẽ multi frugalitatẽ esse dixere. Quibus ꝛsentiens Tullius etiā in populari oratione ait Et volet quisq; accipiat: ego tamẽ frugalitatem id est modestiam ꝛ temperantiam virtutem maximam esse iudico. Ut enim nequitia est mater vitiorũ omniũ: ita frugalitas mater cũctarũ virtutũ; et sicut illa a nihilo. i. sterilitate sic hęc a fruge. i. a fructu ꝓpter quandā animoꝝ fęcũditatẽ est noiata. Sic frugalior ꝓ temperantior. Teren. in heu. Dedo me patri nũc iam vt frugalior sim q̃ vult. Et frugalissim⁹ quasi ex pertus ꝛ prudẽs. Col. lib. j. Magistros pecoribus oportet ꝓponere sedulos ac frugalissimos. Unde et Frugalitas ꝓ sufficiẽtia. Idẽ. Minus in hoc officio q̃ in ceteris agricolatio frugalitatẽ requirit.

Frumen: summa pars gulę interior: per quam cibum lingua demittit in ventrem. Et a qua Fruges dici a quibusdā putantur.

Lignari est ad capienda ligna ire. Liui. lib. x. Redeuntibusq; lignatū se ire hinc.

Lignatores/dicti sunt milites qui lignatū vadunt. Idē in eodē Paucis citra milibus lignatores/ei cū ꝓsidio occurrunt.

Ligustrū similiter a lego: quasi legustz arbor: ex cuius ligno texere fiunt aptissime.

Liguria/italię regio pro maiore parte montuosa inter amnes Varrū z Macrā ab altero latere habēs apēninū ab altero padū thuscią attingēs: cuiꝰ caput ē genua: a qua ligustica ora/z mare ligusticū. Dicta liguria a ligysto phaetōtis filio ꝓuersiōe y in u.

Ligusticū mare: vt refert Solinꝰ coralium procreat: qꝺ fulminibus resistit.

Ligus uris. ḡm ꝓsi. pōt esse ꝓpriū nomē: z tūc est generis mas. Et nomē gentile: z sic est cōis. ꝓbus declinat hic z hęc ligur: z hicz hęc z hoc ligus/ ꝓ incola liguric. Luc. lib. j. Et nūc tonse liger/quōdā ꝓ colla decora. Virg. lib. vj. Vane ligur frustraq; animis e late supbis. Item Assuetū malis ligurē.

Ligusticus a. um. pe. cor. nomē possessiuū. Iuue. Mas si ꝓcubuit qui sara ligustica portat.

Ligurio is. pe. cor. iui vel ligurū itū. significat multa aui de consummo z suauiora edulia carpo z per heluationem primōtū voro: licet ꝓdu. Horā. Tractauit calicē manibꝰ dū furta ligurit. Un liguritores dicunt guloſi z voratores edulioꝝ dulciorū q̄ ꝓumptis oꝝ

pibus catillos etiã lingãt ⁊ q̃ bona deuorãt. Est etiã ligurire paulatim ⁊ cuꝫ quadã mora atq̃ elegãtia comedere quasi sinẽdo vt p se cibus in stomachũ liquefiat. Terẽ. in eu. Quę cũ amatore suo cenãt/liguriũt. Dictũ ligurire απο του λυγιρου: qđ greci suaue dicunt: vt inquit Do. p translationẽ. Cice. D. Bruto scribens ad supplicationẽ rerũ vsus est. Cum ꝺdam inqt de collegis nostris agrariã liguriret curationez disturbaui rem: totãq̃ nobis integram reseruaui. Et ab Ausonio dictũ est Inguinũ liguritor.

Ligula pe. cor. dimi. a lingua. vide in dictiõe lingua.

Liliũ/genus herbę. de qua apud rei rusticę scriptores fit mentio quõ seratur.

Lilietũ/locus in quo liliorũ copia est. Palladius. Lilieta canneta ponenda sunt.

Lilybeũ/promontoriũ siculię: et vrbs eiusdẽ nois. Syl. lib. viij. Cernit deueras lilybeũ noie chelas: scribit cum diph. Mã greci. λιλυβαιον dicunt.

Lima/instrumẽtũ fabrile q̃ ferrũ aut aliqđ aliud terit.

Limo as. polio ⁊ superflua detrabo. Hiero. ad Damas. Sępe causatus sum ecclesiã nõ possem sermonem nisi quẽ ppria manꝰ limauerit. Aliqñ limare est ꝓsũgere. Plau. Nõ pater tuꝰ vnq̃ cũ illa limabit caput. Huius cõposita sunt Delimo ⁊ elimo q̃ habẽt pe. prod.

Limaculus diminũ. a limatus. Cice. Volũnio. Opꝰ est hoc delimatulo ⁊ polito tuo iudicio.

Limatura/scobs: hoc est puluisculus limãdo detractꝰ.

Limax dicit q̃ erquirit vt aliquid auferat. Plau. in bac. Limaces viri ꝙ atterant ⁊ consumãt. Et limax testudo cochlea terrestris q̃ ⁊ limaca a limo dicit: in quo per hyemẽ delitescit ⁊ viuit vere prodiens. Col. lib. vj. Implicitꝰ conche limax birsutaq̃ campe.

Limus/genus vestis ab vmbilico ad pedes. Virg. lib. xij. Velati limo ⁊ verbena tpa vincti. Et limus letamen est seu cęnũ illud mollitꝰ qđ ab aquis deferri solet. Vnde limosus a. um. Virgi. Limosoq̃ lacu per noctẽ obscurus in vlua delituit. Hinc illimis ⁊ hoc illime pe. prin. qđ est sine limo defecatũ sincerũ. Sidonius ad heronũ. Rusq̃ aqueductuuꝫ liquor integer vel cisterna defecabilis/vel fons irriguus/vel puteꝰ illimis. Hinc ⁊ Oblimo: de quo alibi.

Limus a. um. obliquus. i. transuersus/obtortus qđ ⁊ limis tertię declinatiõis dicit. Vnde qui oblique aspicit limis oculis spectare dicit. Ter. in eu. Ego limis specto sic p flabellũ clanculũ. Do. Põt esse noiatiui casus: vt sit limis specto vel ablatiui puralis ⁊ deest oculis. Cum igit̃ dissimulant se hoies videre qđ vident/⁊ non recta facie/sed transuersa intuentur: limi dicuntur aspicere.

Limẽ ꝺr qđ ex transuerso in ianua est a limo obliquo/ꝙ ingredientibꝰ exeũtibusq̃ transuersum sit: vt est apud Do. Festũq̃. Hec solũ inferiorẽ partẽ significat quę sub pedibus calcari solet in ingressu/sed etiã superiorem. Iuue. Pendẽtia liquit vela domus ⁊ adhuc viridis in limine lauros. Meuius ꝺo limen superũ et inferũ dixit. Exime limẽ superũ qđ mihi misero sępe confregit caput. Inferũ quoq̃ vbi ego omnis defregi digitos. Limẽ superũ supliminare etiã vocatur: a grecis hyperthyron. Ponit interdum ꝓ ingressu. Virgi. Limen erat cecęq̃ fores ⁊ peruius vsus. Interdũ ꝓ interiore parte domus. Idẽ penetrant aulas ⁊ limina regũ. Interdũ ꝓ loco standi. Idẽ: Corripiunt spacio audito limenq̃ relinquunt. Interduꝫ ꝓ principio: vt in limine vitę extinctꝰ est. Interdũ ꝓ amicicia: vt testat Ser. enarrans illud de Turno. Se limine pelli. Iuue. Limine submoueor. i. repelloꝛ ab amicicia. A limẽ fit Elimio as. Liminare. Postliminiũ liminaris ⁊ hoc liminare quoad limen pertinet: vt lapis liminaris qui est in domus ingressu. Aug. ad Hiero. posuit ꝓ principio. Non hoc codex ipse vt assolet in liminari pagina prętendebat: id est in principio seu ingressu libri. hinc supliminare.

Limes itis/modo transuersam viã significat/modo terminũ. Col. li. j. Semitas nouosq̃ limites in agro fieri nõ patiar. In agris limites duo maximi sunt: Cardo ⁊ Decumanus. Limes decumanus est qui ab oriente in occidentẽ spectat. Cardo a meridie ad septentrionem. Reliqui limites angustiores: distantq̃ inter sese paribus interuallis.

Limito as. pe. cor. ⁊ limitor significat termino seu restringo/sic a semitis Semito as. ⁊ semitor. Vñ limitatus ager ꝺr in cẽturias diuisus. Pli. lib. xvij. Aut si maior modus sit totidẽ pedũ cardinẽ quo decumano limitari. Semp ꝺo quintãis semitari: hoc est in quinto quoq̃ palo singulę iugo pagine includũt. Cice. Appio pul. De tua ,plura beneficaq̃ natura limitabit aliquid posterior annus ,pter quãdã tristiciã.

Limentinus putabat deus q̃ liminibus ꝓesset.

Limbus muliebre vestimentũ erat purpurã in imo cõsutã habẽs seu qđlibet aliud ornamentũ vestiũ extremitatẽ ambiens. Virgi. Sidoniã picto clamydẽ circũdata limbo. Vulꝰ dimi. est limbulꝰ a quo limbelliꝰ.

Limbotarius qui limbum vestem consuit. Plau. Textores limbotarij.

Linus/nomen viri ꝓpriũ: ex mercurio seu vt quidam putant ex apolline ⁊ vrania geniti: alter philosophus thebalius/Junior. Est etiã linus species hymni Suidas autez λινοσ χαλκι δευσαπολλωνοσ και τερψιχορησ οιδε αμφι μαρουκαι ουραριασ λεγεται δε πρωτοσ ουτοσ αποφοιν ικεσ γραμματα εισ ελληνασ αγαγειν γερεσθαι δε και ηρακλεωσ διδασκαλοσ γραμματων και τησ λυκρικησ μουσησ πρωτοσ γερεσθαι ηγε μων.

Linũ απο του λιρεο antiquo verbo qđ est teneo: qꝛ lino omnia tenẽtur. Hinc lineus a. um; quod ex lino est vt vestis linea.

Linarius/qui lini artem exercet: a grecis λινοπλοκισ. linoplocis.

Linamentũ/phílum quod ex lino voluendo trahitur. Pli. Delphini linamenta accensa excitãt vulnę strãgulatu oppressas.

Linteum/pannus lineus ⁊ sudariũ quo in balneis vtimur. Mar. Non tam sępe teret lintea fullo tibi. Itẽ lintea sunt vela quibus vtuntur nautę. Virgi. Certũ est dare lintea retro. Itẽ lintea quę sũt idonea ad spectantiã vmbracula. Vnde legimus: Cesarem totum forum linteis adumbrasse. Itez lintea linei amictus. Inde linteatus linteis inductus: id est lineis vestibus quali habitu fertur fuisse. Appollonius philosophꝰ quoniã hmõi habitus videbat mũdiorẽ q̃ qui ab animalibus deglubebat. Sidonius ad leonẽ: Cupidus scientię continentez pecuniz: inter epulas abstemiũ inter purpuratos linteatus.

Linteolũ diminutiuũ. Pli. ꝓ petia pãni linei vulneribus in linteolis imponitur. s. amurca.

Lintearius/qui lintea vendit.

Linteones/qui texunt linteamina, p confeciendis vestibus: vt docet Ser. lib. vij. en. Firmicus lib. ij. math. scribit venerẽ in quadrupedibus occurrẽtẽ facere linteones/aut plumarios atq̃ colorũ tinctores.

Linea ę. ꝓprie significat filum illud quo fabri materiarũ vtuntur ad signãdam materiã ꝙ ex lino fiat. Et quoniã ab hac si rubrica vel alio colore intincta fuerit figura designat longa sine latitudine atq̃ altitudine: ea quoq̃ figura linea vocatur. Item ea quę nõ colore: sed animo imaginantur geometrę lineę vocantur. Et linea dicitur filum omne ex lino et quicũq̃ tenuis funiculus. Col. Ligato pede longa linea gallina custoditur. Pli. Burenę deuorant hamũ: admo-

nentq; dentibus lineas: atq; ita erodunt. Idem. Stẽmata vero lineis discurrebãt ad imagines pictas. Et linea dicitur quę est in superficie. Nam superficies ex lineis est vt punctum: quod est principiũ in geometria Dicitur autem punctũ qđ diuidi non põt. Linea que ab vno puncto ad aliud deducitur.

Linearis ꝛ hoc liniare: qđ ad lineã pertinet. Vñ linearis pictura vocata est lineis circa vmbram hominis deductis. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices corinthius ꝛ Telephanes sicyonius sine vllo colore spargentes tñ lineas intus: vnde ꝛ latini linearẽ picturam graphidẽ appellauerũt.

Lineamẽtũ a linea: ꝛ ipsa extremitas ꝛ quasi linea quędam corporis per quã hominis forma dignoscitur a lineari pictura tracta in qua per solas lineas effigies hominis cognoscebat. Justi. li. j. Lineamẽtor eũlitas matri ꝛ filio pstimilis. Pli. Nec q̃ succederet operi ad prescripta lineamenta inuentus est.

Lino is: ꝛ linio is: et lenio is: diuersa sunt. Nam linio ꝛ lenio quartę cõiugationis sunt. Linio tertię. Et lino linior habent pe. cor. lenio, p. Virg. Seruataq; mella thesauris relines Sedulius. Illiniens hominẽ veteri de semine supplet. Est autem linire crasse aliquid aliquo instrumento supinducere. Col. lib. vij. Sed illius sanat nora fibula ahena si locum lesum cõpungas cretaq; cynonia ꝛ aceto linas. Aliqñ etiam non crasse: sed leniter aliquid inducere ꝛ quasi lineã ducere. Unde interlinire dicimus supiuducto attramento aut alio liquore scripturam aliquaꝫ picturã ve destruere. Sic littere dicunt interlite: ꝛ talis inductio Linitra dicit. Aliqñ obturare. Virg. li. iij. Ge. Necꝫ ille ne quicq̃ in tectis certatim tenuia cera spiramenta linũt: vt etiã a cõtraria significatiõe eius cõpositũ simul Relino indicat: vt apud eũdẽ. Seruataq; mella thesauris relines. habet hoc verbũ lino, tria ꝑterita lini liui ꝛ leui. De primo Quintil. in declamatione Leci. Et ne qđ sceleri ipio deesset mariti tui cruore parietẽ linisti. De scdo Col. li. vlti. Multi cũ semel noua dolia vel seria crassa gũmi liuerũt: vna in ppetuuꝫ gũmitione esse contẽti sũt. De tertio Cato de re rus. Postea dolium calefacito minus: qui si picare velis tepeat satis est lignis lenib⁹ facito calescat. Ubi tẽperate tepebit: cuminũ indito: postea linito. Si recte leueris in doliũ quinquagenarũ pedum quattuor satis erit. Supinũ vnũ tantũ habet litũ. Vñ litus a um: p obturato maculato insperso. Virgi. lib. iij. Ge. Eluent alie ꝛ fulgore coruscãt ardẽtes auro ꝛ paribus lita corpa guttis. i. inspersa seu distincta. Quale est illud Hiero. ad Saluinã. Tu vo quę in tumulo mariti sepelisti omnes pariter voluptates q̃ litã purpurisso ꝛ ceruſa faciẽ sup ferertrũ eius lachrymis diluisti. Eius cõposita sunt Adlino ad aliqđ lino. Pli. Sunt qui leporino coagulo mel addãt ꝛ hoc sepe adlinant dentẽ. Palladi⁹. Si stercus ꝓmogeniti viculi adlinamus orib⁹ vasculoꝫ. Collino. Gel. Postea tabulas cera colleuisse circũlino. Li. li. j. tus. Condiũt egyptij mortuos ꝛ eos seruant domi: ꝑse etiã cera circũlitos condiũt vt q̃ maxime ꝓmaneãt diuturna corpa. Delino: Illino: interlino: oblino. Vide alibi. Elino extralino fędo. Lucil. lib. vj. Si hęc vestimenta eleuit luto. Perlino valde lino. Col. lib. viij. Vor vlcera lauãtur acero: ꝛ tũc pice liquida cũ adipe suilla perlinunt Relino qđ obturatũ erat aperio. Terẽ. in heau. Releui oia dolia oẽs serias. Sublino ꝓmediocriter sędo illudo: ꝛ pro ridiculo habeo. Plau. in epi. Sener tibi os sublitũ est plane ꝛ ꝓbe. i. derisus es. Et in capt. Quanto in pectore hanc meã magis rẽ voluto tanto mihi ęgritudo auctior est aio ad illũ modũ sublitum esse os mihi. i. substercoratũ vel maculatũ.

Linio is iui itum: ꝓprie significat vngo vel frico: aut quid simile qđ digito aut aliquo instrumẽto alicui rei superinducit fricatur vel imꝓrimitur: sed tenuiter nõ crasse. Col. lib. viij. Fere autẽ per ęstatem sic muscis aures canum exulcerantur sepe vt totas amittant. Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniẽde sunt. Hieronymus in tob. Statimq; linies super oculos eius ex felle isto piscis. Fateor tamen adeo interdũ hec duo verba lino ꝛ lineo in significatione ꝓpinqua esse: vt vix discerni possint. Et linio componit Circũlinio. Lactã. lib. v. Circũliniat modo poculũ cęlesti melle sapientie: vt possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari.

Lingones sunt populi Gallię supra heluetios ꝛ sequanos in occasum vergentes.

Linternus Campanię fluuius haud longe a vulturno fluuio et oppido.

Lingo is: xi ctũ. Lingere est aliquid lingua molliter tangere. Plaut⁹ in Cast. Uel mihi video lingere hinc linguam quidam deduci voluerunt. Rursus lingere dicimus dum aliquid in ore tenentes guttatim id defluere in stomachũ sinimus. Quę res linctus dicitur Quę vo in hunc vsum fiunt eclegmata grece dicunt Pli. Telicos gẽma est q̃ oleę nucleo silis videt ꝛ lingentiũ calculos frangit. Idem. Multi tussim veterẽ linctu salis discussere. Idem. Semine lini fiunt Eclegmata. Hinc fit compositũ Elingo qđ est extra lingo Plau. in cur. Hic hodie apud me nunq̃ elinges salẽ

Lingua a ligando dicta est q̃ liget cibũ. Nam cibos vi sua cõglobat ac deꝓrimit in ventrẽq; transmittit: seu q̃ ipsa dentiũ septis quasi muro vallata ac ligata sit. Est ꝛ lingua minor quę ꝛ sublinguium a quibusdam dicitur operculũ cartilaginosum: qđ phystulam spiritalem in gutture claudit cũ phystula cibali cibus defertur. Hęc cũ ridemus attollitur: quia risus oia concutit. Quapropter periculosum est ne nos risus inuadat cum deglutimus. Hoc enim operculũ natura instituit ne quid esculenti potulenti ve ad pulmonem feratur. Qđ si accideret nisi reiiceretur hominẽ strangularet. Accipit quandoq; lingua ꝓ differẽtia sermonũ. Unde dicimus linguã latinã: linguam grecã: vt est apud actus apostolicos. Judiuim⁹ eos loquẽtes nostris linguis magnalia dei. Quinetiam in vna lingua sermonis diuersitas lingua dicit: vt in greca lingua est. Attica: doꝛica: ionica lingua. Scribit strabo trecẽtas nationes q̃ dissimilibus linguis vterenẽ descendisse in dioscuriadẽ vbẽ colchoꝛ clarissimã.

Linguarum diuersitas inquit Augustinus lib. xix. de ciuitate dei: hominẽ alienat ab homine. Nam si duo simul esse aliqua necessitate cogantur: quoruꝫ neuter nouit linguam alterius: facilius sibi animalia muta etiam diuersi generis q̃ homines sociãtur. Rursus lingua appellatur genus promontoriũ nõ excellẽtis: sed molliter in planũ deuerti. Similiter instrumentũ planum ꝛ oblongum in speciem linguę factum lingua dicit: quale est illud quo vtuntur Aromatarij ad extrahenda e vasis vnguenta. Cuius diminutiuũ ꝑm Priscianum est lingula: eiusdem significationis: ꝛ per concisionem. Ligula Festus. Ligula ꝓ diminutione mdicta alias a similitudine exerte linguę: vt in calceis: alias inserte: id est intra dentes coercite: vt in tibijs: pro ea quę calceoꝝ est. Var. Non extrema sedet linia lingula plãta. Juuenalis abiecit n et li corripit. Et ligulam dimittere solicitus: ne tota salutatrix iam turba peregerit orbem. Var. Quis me ligulaꝫ dicãt equites patresq;. Dicor ab indoctis lingula grãmaticis Pro ea quę instar lingue facta est. Plinius. Cera punica fit hoc modo. Ventilat sub dio sepius cera fulua deinde feruet in aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde ligulis eligũt florem. Columella. Li.

B

gulam vocat instrumentū ad purganduz e vase spumā. Deinde inquit vbi linquatum mel in subiectum slutū defluxit transfert in vasa fictilia: q̄ paucis ante diebus aperta sunt: dū musteus fructus efferuescat: hisq̄ sepius ligula purgādus. Pli. Sunt qui cōmitialibus morbis dandū putant luna: quarta sexta septima lingue mensura. i. cochlearis. Veteres etiam gladiolū oblongū in speciem linguę factū ligulā vocitauere. Lingua itez vt Plinius testatur: herba est q̄ circa fontes nascitur cuius radix cōbusta z trita alopecias emēdat. Siliter lingua bubula genus herbę quā greci buglosson dicunt boum linguę similis. Lingua canina alia herba quę cynoglossos vocat a grecis Lingua petrea genus lapilli qō inter gēmas connumerat. A lingua fiunt Elinguis sine lingua et qui loqui nō potest etiā si linguam habeat. Elinguo as. Bilinguis trilinguis z huiusmodi.

Linguax siue lingulax lingulaca ve verbosus multū loquens: qui nimiū z stulte loquit. Gel. lib.). Hoc genus hominis in verba prouectos locutuleios z blateroncs z linguaces dixerunt.

Lingulaca mulier multiloqua. Plau. in Cas. Lingulaca est nam nunq̄ tacet. Accipitur quandoq̄ pro muliere auguratrice. Quandoq̄ pro pisce qui solea aut ei similis a nōnullis creditur. De quo apud Varronem z Plautum.

Linquo linquis liqui lictū ꝑm Prīs. significat relinquo dimitto: habetq̄ li. syllabā indifferentem in p̄terito Virgi. Nec tamen indecorem tua te regina reliqui. Idem. Namq̄ sua patriā liquerat tellure sepultam. Huius cōpositū est Delinquo. Ascē. Errat cū nestore Cesariensi male citante. Virgi. Enei. iiij. vbi legit. Manq̄ suā patria antiqua cinis ater habebat.

Lipara penultima correpta Insula ex colijs a liparo rege: Ausonis regis filio cui successit eolus. Hiero. Quę e lipara siciliam nauigant sinistra est. Hinc liparcus liparea liparcum.

Liparus Ausonis regis filius: a quo lipara denominata est insula.

Liparis Cilicię fluuius ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ qm̄ scribit Victr. natātes in hoc flumine: aut se lauātes nō aliter vngi ab ipsa aqua q̄ si oleo aut adipe lauarent.

Lipsana pe. cor. tantū pluraliter declinatuz nomen est quo apud nos reliquię significant.

Lippus qui oculos habet lachrymātes cū putredo abis de fluat. Lippitudo ipsum vitiū. Cor. Celsus. Si frons p̄urit lippitudinis metus est.

Lippio is iui itum lippus fio: hoc est marcorē in oculis contraho. Pli. lib. xxviij. Oculorū vitia fieri negant nec lippire eos qui cū pedes lauāt aqua inde ter oculos tangant. Plau. in Cur. ad fauces transtulit. Pro spicio parū os amarū habeo: dentes plenos: lippiūt fauces famę: ita cibi vacuitate venio lassis lactibus.

Liquentia fluuius gallię cisalpine seu venetię: post Tarusinum agrū. Oritur q̄ in opiterginis z in mari adriaticum cadit.

Liquidus a um: penulti. cor. molle fluxum. Virgi. Aut cum liquentia mella stipant. Aliquādo ponitur ꝑ puro. Idem. li. iiij. Dulcia mella premes nec tantū dulcia ꝓtum et liquida: id est defecata et sine sordibus. Aliquando pro prospero. Plau. in pseu. Ab sinistra auspicio liquido atq̄ ex sententia confidētia est inimicos meos me posse pdere. Hinc fit aduerbiū Liquido: qō significat pure z manifeste. Terētius in And. Ut liquido possim iurare. Dicimus etiaz ad liquidū quod est manifeste.

Liquido as: aperio manifesto.

Liquo as li. syllaba cor. significat liquidū facio cū scilicet aurum vel plumbum dissoluitur. Lu. lib. vij. Ere prąq̄ tela liquauit. Huius passiuum liquor. Composita sunt Eliquo: qō est extra seu valde liquo. Lactā. libro. ij. Unde autē vel quomodo deus hęc duo principalia ignem z aquam vel accenderit vel eliquauerit solus potest scire qui fecit. Aug. lib. ix. confessio. per translationē dixit. Voces igitur interluebant auribus meis z eliquebaē tua in cor meuz. Reliq̄ idem qō liquo. Vñ legimus de scris Primo z Feliciano q̄ iusserit ḡlses reliquari plūbū z bullies in ora fundi.

Liquatū siue liquamen: pinguitudo animalis ad ignē liquefacta z in vsuz coquinariū seruata ad cōdiēdos cibos. Licet z de alijs dici possit: quę non comedunt vt est apud Colu. lib. viij. Succus excolati lupini veteris vini sex z amurca pari mensura miscentur: coq̄ liquamine consa outs imbuitur.

Liquasco is: liquidus fio.

Liqueo liques liquiui: li. syllaba cor. repta. Est autem liquere liquidum seu molle esse qō instar olei discurrit. Hiero. in Leui. Omne liquens qō bibit de vniuerso vase imundū erit. Hinc liquesco liquidus fio. Persi" Tot tibi cū inflāmas iunicū ometa liquescāt. Virgi. Limus vt hęc durescit z hic vt cera liquescit. Huius cōposita sunt Colliqueo: a q̄ colliquesco. Deliqueo a quo Deliquesco qō est in totū resoluo. Ouid. lib. vij. me. Protinus imbutū celesti nectare corpus: Deliq̄uit stagnūq̄ suo de nomine fecit.

Liquet impsonale: significat Constans manifestū z certum est: qm̄ quę resoluuntur certa constantia z manifesta fiunt. Terē. in Eu. Illum liquet mihi deierare his mensibus fex nō vidisse proximis.

Liquefacio: a quo liqueſio eiusdē cum liquesco significationis. A liquefacio compositus. Illiqueſio qō est valde seu intus liqueſio. Lice. lib. iiij. Tul. Quę sunt omnes vnius generis ad perfundendū animū tanq̄ illiquefacte voluptates.

Liquos is: liqui resolvor defluo stillo. Cuius passiuum est liquor liqueris: quorū li. syllaba ꝓducitur. Virgi. Vere nouo gelidas canis cū montibus humor Liq̄tur. i. paulatim dissoluitur. Idem. li. iij. Nam quę prima solo ruptis radicibus arbos vellitur huic atro liquūtur sanguine guttę: id est defluunt. Luc. libro. ix. Liquitur z nigra distillant inguina tabe. Hinc etiaz fit liquesco liquescis prima pro. Ouidius libro. j. de pon. Sic mea perpetuis liquescūt pectora curis. A liquo fit compositū. Col. liquo. Varro. Quod aurū cū colliquisset in forma fuit infusum.

Lira prima syllaba producta: sulcum significat. Col. li. ij. lyras rustici vocant easdem porcas cum sic aratuz est vt inter duos latius distātis sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis p̄beat. Hinc lyrare: a quo delirare z delirus. Deliramentū. Lirare dicunt agricolę cum crate dentata vel tabula aratro annexe operiunt semina. Primo eīm aratur terra: qō dicitur proscindere: Deinde secunda aratione excitate grandiores glebę frāguntur quod vocant effringere. Tertia aratione iacto semine boues lirare dicūtur: qui tabellis et vomere simul et satum frumentū operiūt in porcis et sulcant in fossas quo pluuia aqua dilabatur Hinc delirare aliquem dicimus cum non recto sulco tegendo semen incedit: deinde per metaphoram ad insaniam hoc vocabulū translatum est. Unde z deliri insani dicuntur: z delirare insanire. Hora. in epistolis. Quicquid delirant reges plectunt achiui. Deliramentū ipsa deliratio. Quidam tamē delirare a greco trahunt. Nam λυρειν ineptire est. Nostri etiaz liras gerras et nugas vocitauere. Plaut. Nam tuę blanditię mihi sunt qō dici solet gerre germane edepol lire. Lyra ꝑ y. aliud significat.

Liro liras: liras facio. Col. Lirant iugera duo opa vna

Liratim aduerbium per liras. Colu. Ecq̄ cum sint liratim seri debent.

Liris fluuius campanie ortus in Apennino ⁊ mitur/nas preterlabens. War. Ceruleus mons liris amat quē sylua marice protegit. Virg. Et vmbrosę liris p regna maricę.

Lis: controuersia a limite id est termino dicta: q primę inter homines lites de limitibus fuerunt.

Litigo as: pe. cor. quasi litem ago: discepto contendo. War. Ah miser et demens viginti litigat annos. Quisq; ⁊ cui vinci gargalianę licet. Plau. i rud. Qua de re nūc litigatis inter vos? Litigiū litis actio. Idē in Cas. Mā ego qd cōtrahere cupio litigiū inter eos? Litigiosum ōr de q̄ lis est. Litigiosus qui frequēs in litibus versat. Litigator ⁊ litigatrix q̄ ⁊ quę litigat.

Lithos grece: lapis latine dicitur.

Lithagirium: spuma argenti: quasi q est in lapidē com/pacta argenteum.

Lithocolla: glutinū quo lapides coniungunt. Fit enim ex lapide pario aut marmore cū taurino glutino.

Lithoglyphus pe. cor. sculptor lapidum.

Lithotomia: penultima producta lapidicina lithoto/mus architectus.

Lithologema penultima producta: lithogematis stru/es lapidum.

Lithostratos pe. prodn. mas. generis: ⁊ hoc lithostra/tum dictio composita ex λιθος lapis ⁊ στρωτος stratus appellatur locus lapidibus stratus si verbus greçum proprie interpretari volumus. Verus litho/strata ex paruulis crustis constabant: quibus solum pauimenti incrustabat. Unde legimus in euangelio Joānis. Et sedit pro tribunali in loco qui dicit litho/strotos. Var. li. iii. de re rust. Cū villam haberes ope rectorio atq; intestino ac pauimētis nobilibus litho/strotis spectāda. Hoc a nostris dicit Sectile.

Lithiasis morbus calcularis.

Littera q̄tus p̄m suam analogiam per simplex t. scribi debeat: tamen quia prima syllaba eius producitur p duplex tt. scribi solet. Dicta littera quasi legittera eo q legenti prebeat iter: vel q in legendo iteretur: vt in quit Ser. Vel a lituris: q scripta deleri possit: quia plerūq; in ceratis tabulis antiqui scribere solebant ⁊ inde delebant. Vel a lino is: quod in scribendo illini/tur: id est leniter inducitur atramentum. Vel a linea quoniam greçe γραμμη linea dicitur et inde grā/ma littera et grāmatica litteratura. Et litterę quę no/tę quoq; appellantur ex lineis constant. Et significat principaliter litteras indiuiduas: vt a. b. c. Sicq; dif/finitur q sit minima pars vocis compositę ex litteris quę scribi potest indiuidua. Huic accidit nomen scz quo appellatur: figura qua pingitur: et potestas qua valet. Aliquando littera capitur pro scribentis ma/nu. Cice. ad Atticum. Nam alexidis manū amabam q tam prope accedebat ad similitudinem tuę litterę Plurali numero litterę epistolā designant: nisi apud poetas: apud quos legitur littera pro epistola. Oui/dius. Quā legis ab rapta briseide littera venit. Vo/cantur preterea litterę disciplinę que litterarum mo/numentis continentur: vnde dare litteris operam di/cimus: hoc est incumbere artibus quę scriptę sunt. A littera fit diminutiuū litterula: quod Hieronym⁹ po/suit pro breui epistola cum inquit. Munuscula omnia ⁊ suspectas litterulas vobis interdico sub anathema/te. Litteratus qui litteris preditus est. Cuius contra/rium est Illitteratus pro rudi ⁊ indocto. Litteratu/lus diminutiuū est. Hierony. contra Rufī. Videris tibi litteratulus et rabbi.

Litterosus idem quod litteratus. Lactus. Homo litte/rosus mere.

Litterarius litteraria litterariū: quod ad litterā vel ad lras pertinet. Un dicit ludus litterarius.

Litterator qui litteras noscit vel docet.

Litteratura: ars quę de litteris tractat: vt est grāmati/ca. Aug. li. viij. confes. Imperatoris Juliani tempo/ribus lege data prohibiti sunt christiani docere litte/raturam ⁊ oratoriam.

Litus a um participiū a lino. Vide in dictione Lino.

Littus per duplex tt. terra quę ab aqua tangitur: vel q alluitur: vel q aqua ad id alludat: vel q ibi aqua elidi/tur seu q fluctibus oblimatur. Et proprie de mari di/citur: ripa de fluminibus. Ouidi⁹ Campoq; recepti. Liberioris aquę pro ripis littora pulsant. Sueto. in Nero. Disposite per littora ⁊ ripas diuersorię taber/nę. Quandoq; etiā littus dicit de fluminibus. Virg. in diris. Littora quę dulcis auras diffunditis agris. cū de Vincio loquerer. Sumitur interdū pro terra mari vicina. Idem. Cui littus arandū ⁊ ce. Interdū pro spacio circa aram: a litando: quia ibi litabant ho/stię. Nam sicut docet Dona. Nauigantes eundo et redeūdo in littore sacrificabant propter quod ⁊ vsus obtinuit vt duplici tt. scribatur cum lito primā corri/piat. Cicero cū in topi. a ledo deducere videt. Quod cū primā producat: vnico t. scribenduz erit. A littus fiunt littoreus a um: ⁊ littoralis adiectiuum vt arena littorea: ⁊ plaga littoralis.

Lito as: sacrificio facto deos placo: votūq; impetro. Sue. in Cęsa. Deinde pluribus hostijs cęsis cum li/tare non posset introit curiā. Huius cōpositū est per lito quod est perfecte lito. Gel. Si be res diuine factę riteq; perlitateq; essent: haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.

Litura re. superinductio: ⁊ complanatio: a lino linis vt sit cum superinducto atramento alio ve liquore scri/pturam vel picturam destruimus.

Lituro as. pe. producta cancello: expungo. Sidonius apol. Tunc vel certius te probasse reliqua gaudebo si lituasse aliqua cognouero.

Lituus baculus incuruus: quo sedentes augures aui/bus templa designabant. Gel. Lituus est virga breuis in parte qua robustior est incurua. Dicitur interdum regale sceptrum: hoc est ille romuli baculus qui post romulum a litibus dirimendis in medio incendio in/teger mansit vt apud Vale. maximum. Mihil in eo preter lituū romuli integrū repertum est. Et Plutar. in Romulo. Lituus cōseruatus est in palatino colle: vsq; ad Celtarū tempora a quibus capta vbs incen/sa fuit. Sed postea expulsis a Camillo hostib⁹ inter altissimas faullas illesus cum omnia ignis consum/psisset inuētus est. Festus scribit lituū esse gen⁹ bucci/nę curuę vnde vox gracilior exiret: q̄ q̄ cecinerit liticē ōr Vir. li. vj. Et lituo pugnas insignis obibat ⁊ hasta

Liticen penul. correpta qui lituo canit.

Liuius nomen historici patauini qui res romanas mi/ro artificio luculentoq; sermone perscripsit. De hoc Hiero. ad Paulinū Ad Titū Liuiū lacteo eloquē/tię fōte manātē de vltimis hispanie galliarūq; finib⁹ quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contē plationem sui roma non traxerat: vnius homis fama perduxit. Habuit illa etas inauditū oibus seculis ce/lebrandūq; miraculum vt tantā vbem ingressi: aliud extra vbem quererent. Fuit et alius Liuius poeta. Comicus cognominatus Andronicus. De quo Dio me. Constat inquit apud Romanos: Primū latino sermone comędiam Liuium Androicum scripsisse. Gel. libro. xvj. Prim⁹ omniū. T. liui. poeta fabulas docere Rome cepit post Sophoclis et Eupidis mortem annis plus fere. L. er. lx.

Liuor vestigiū ⁊ nota quę fit ex flagello. Unde in eccle/siastico legimus q flagelli plaga liuorem facit. Ali/quando significat colorem nigriorem. Var. Sic pal latim liuor in candorē vertitur: ⁊ omnis macies e cor/pore abscedit. Et quoniā talis est color: inuidor: ideo

liuor accipitur pro inuidia. Luc. Liuor edat tibi cuncta negat. Claudia. libro. iii. Rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare quies.

Liuidus proprie dicitur qui ex percussu carnem nigraz habet fluxione cruoris ad eum locum quo percussus est. Plinius. Taplie succus suggilatis ac liuidis prodest. Hinc liuidus pro nigro. Virg. Quid ve petunt animę vel quo discrimine ripas: Ve linquunt: ille remis vada liuida verrunt. Quoniam vero qui inuidia laborat exedentes se dolore hūc colorē contrahunt: Liuidus sepe pro inuido ponitur. Var. Omnib⁹ inuideas liuide nemo tibi. Huius diminutiuū est liuidulus. Iuue. Quibus inuideas si liuidulus sis.

Liueo es: ater sum. Pli. lib. xxii. Coxer vero scilicet heliostrophi liuentibus colorem reddit. Et aliqñ inuideo. Pompo. Malignus homo z fortunis aliorum semper liuens.

Liuesco: liuidus fio. Claudi. lib. iij. Haud equidem inuideo nec enim liuescere fas est. Vel nocuisse deos. Huius compositū est Adliuesco.

Lix dicit cinis in quez materię rediguntur cum fuerint exustę. Pli. lib. xxxvj. allegat Varronem dicentem: lix cinis est foci. Et lix vocatur aqua cineri immixta. Unde lixinium. Et lix aqua a lica qui secutus est herculem deflecti quidam aiunt.

Lixinium aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis per n. ante i. Col. lib. xii. Sunt qui culmos fabę exurant z ex eo quod cremauerint cinere lixinium faciūt. Idem libro vltimo lixiniam vsurpat. In olla inquit fictili ampla preparatam lixiniam cineris sarmēti calefieri conuenit.

Lixe dicti sunt qui vilioris quęstus gratia exercitum sequūtur vt puta lauandi aut coquendi gratia. Syl. libro. v. punicorum Inutile marti lixarū vulgus. Scipio apud liuiū. Actium vmbrum appellat semilixam quasi semimancipiū nomine ignominioso. Var. Lixulas z semilixulas vocabulo sabino scribit dici circulos ex farina caseo z aqua cōmixtos z inter cibaria numerantur. Appellatiq̄ sunt a cinere: q̄ lix cinis foci est. Unde elixus a um: quod coctum est cinere olle suppositō. z Aulicociū quod olla coctū est. Nam veteres pro olla aulam dicebant.

Lixo as: lixum facio z vernacula lingua dicimus lissare a quo fiunt cōposita Elixo et prolixo: quod est lixum facio seu in longū acuo. Col. lib. v. Quare magnopere monendus putator est vt pliret aciem ferramenti z quantū possit nouaculę similē reddat.

L Ante O

Loba ę. milū vel panici racemus: vt est apud Var.

Locus proprie dicitur quicquid aliquid continet: Virg. Hic locus vrbis erit Ponituq̄ a dialecticis inter accidentia substantię: et est vna de septem circūstantijs quę ita numerant̄ persona: qualitas: negociū facultas: causa: modus temporis: quę hoc versu continentur. Quis quid vbi quibus auxilijs cur quomodo quando. Quandoq̄ locus dicit̄ genus. Sal. Natus haud obscuro loco. Quandoq̄ distributio temporū quę cui in spectaculū venturo tribuūtur ab ędilibus Unde motus loco dicitur: qui suas horas non obtinuerit inter precedētes z secutores. Et Cicero Loco motus est cū ex vrbe pulsus. Terē. Noster grex per tumultū cōmotus est loco. Cum autē dicimus. Loco patris te habeo significamus ea esse charitate q̄ pater est vel esse debet. Terē. Si te in germani fratris dileri loco. Loco vo solacij: loco voluptatis: loco honoris p iucundū voluptuosuz z honorificū vr. In loco substituit. i. in alterius vicē. Quinti. Et in locū iuuenis amissi substituit de vanitate solaciū. In plurali loci z loca. Loci sedes z argumētoz sūt q̄ intra se cōtinēt argumēta z ex q̄bus ipsa argumēta petēda sunt Ab Aristo. topica vocati sunt. Loca sūt in q̄b⁹ aliq̄d locat̄ q̄q̄ etiā locos in eodē significato dicam⁹. Var. Deuenere locos vbi nūc ingētia cernis. Similiter locos pluraliter dūtaxat mulieris vuluā seu vterum et vulgo matricem appellamus. Var. in origi. Sic loci mulierbres in quibus nascēdi initia cōsistunt. Pli. lib. xi. Fęminis eadē oia pręter vesicā z intus vtriculus vnde dictus vterus qō alio noie locos appellāt: hoc in reliquis animalibus vuluā tantū dicimus.

Loculus, diminutiuū a locus: significat eīm paruū locū Var. li. iij. de re rust. Hortēsius familiaris noster cū piscinas haberet magna pecunia ędificatas ac loculos ita sepe cum eo ad villā fui. Ponit̄ etiā interduz p sacculo in quo pecunia seruat̄ q̄ alio noie vr vulua z bulga z marsupiū z capsula siue sit lignea siue ebo/rea Var. Nos nisi de flaua loculos iplere moneta nō decet. Interdū p feretro quo mortui efferunt̄: qō alias capulū z libitinā vocāt. Et loculi p vulua.

Locellus diminu. a loculus. Var. Si q̄d adhuc supest in nr̄i fece locelli. Est munus nihil est: ipe locell⁹ erit.

Loculatus a um: qō habet diuersos locos. Var. Nam vt pausanias z ceteri pictores eiusdē generis loculatas magnas habēt areolas vbi discolores sint certas sic hi loculatas habēt piscias vbi dispares disclusos habent pisces.

Loculamēta loca distincta siue capsulę in quibus aues z similia nidificare seu habitare solent: z a loculis deduci videt. Col. Vel si nō ita cōperit parillis adactis tabulę supponant̄ q̄ vel loculamēta quib⁹ nidificent aues vel fictilia colūbaria recipiāt z lib. x. de apibus dicit. Crepitaculis ereis aut testarū plerūq̄ vulgo iacentiū terreat fugiēs iuuētus: eaq̄ quę vel pauida cū repetierit alueū maternū: z in ei⁹ aditu glomerata pependerit: vel statim se ad proximā frondē contulerit ,ptinus custos nouū loculamentū in hoc pręparatuz pliniat intrinsec⁹ q̄dictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoueat: tū manib⁹ aut etiā trulla cō gregatas apes recondat.

Locuples pe. co. generis ois ſm Prisc. z tā in i q̄ in e ablatiuū finit. Cice. in frumētaria. In ,puincia locupleti z referta. Hora. In locuplete domo. Dictus locuples a lata humo h̄ ē locoz plen⁹ q̄ pleraq̄ loca. i. q̄ multas possessiones hz: quēadmodū pecuniosus a pecoz copia. Assiduus ab asse dādo cognoiat̄. Pli. lib. xviij. Cognomia etiā prima inde pilūni qui pistrinas inuenerūt. Pisones a pinsendo. Hinc z locupletes dicebāt loci: hoc est agri plenos. Et nō modo pro diuite: z loca multa possidente: verūetiam pro firmo certoq̄ ad quālibet rem ponit̄. Cice. lib. iij. offi. Accedit eos testis locuples possidonius. Posset tū ,p bono z magne auctoritatis capi z forte rectius: quēadmodū z illud in eodē lib. cōparatiue positū. Quem eīm locupletiozē querimus q̄ principē populi romani qui retinēdi officij causa cruciatū subierit vltro.

Locupleto as: pe. co. locis z possessionibus quēpiam diuitē facio q̄uis etiā ad oia sicut dito capi possit: vt cū quis opib⁹ rebusq̄ etiā incozporeis ditat̄. Col. li. iij. Ut ante ppensum z exploratū habeamus vt locupletet patrēfamilię vinearū cultus. Plau. Uisus est paterna hereditate locupletarier. Hui⁹ cōpositū est Collocupleto qō significat valde dito. Ter. in heau. Ubi nā est fides dū ego ,pter te errās patria careo demēs tu interea loci collocupletasti antiphala te.

Loco locas pono constituo. Liu⁹ lib. j. Castra ab vrbe haud plus quinq̄ milia passuū locant. Virg. Hic alta theatri fundamenta locāt. Interdū locare est reponere. Plau. Dā aulā domi locatā q̄rit ablatā reperir. Interdū nuptui tradere. Ter. in phor. Queso q̄ si filiā suā vnicā locaret. Hinc Illocabilis q̄ tradi vi/

ro nō pōt. Plau. Virginē habeo grandē dotē cassam atq; illocabilē. Interdū afflictare: ad appēsionē dare vel ad vecturā seu ad operā faciendā. Et tūc cui quid locatur in datiuo ponit̄ z prēciū in ablatiuo: vt ser nūmis aureis operā vt domū tibi meā locaui: vel equū annū totū. Aliqñ etiā in accusatiuo cuz prēpositione ad: si rei non homini locatio fiat. Plautus in tri. Ego huic diei nomen trinūmo faciā: nam operā meā tribꝰ nūmis ego locaui ad artes nugatorias. Sine prēcio autē exp̄sso sed cū datiuo homini. Lice. in Ver. Senonis Henoni nobilissimi hois vrozis fundus erat colono locatꝰ. Sulp. Lic. Posteaq̄ curauimꝰ vt idē atheniēses in eodē loco monumentū ei marmoreum faciendū locarēt id est cōcederēt ꝓloco. huius verbi composita sunt Abloco: quod est alijs loco affecto. Sue. in Vitel. Satis cōstat exituro viaticū defuisse tāta egestate reifamiliaris vt vxore ac liberis quos romę relinquebat meritorio cenaculo abditis domū in reliquā partē anni ablocaret. Colloco simul loco. Eloco extra loco: vt cum iumentū vel boues extra locare solent agricolę z agrum frumentariū inde male curant. Sō Columella libro. j. tangit cum inquit. Et maxime vexant p̄m qui boues elocant: eosq; vt cetera male pascunt nec industria terram vertunt. Et habent penultimā correptā.

Locito as: pe. cor. frequētatiuū formatū a supino a in i. mutata. Teren. in Adel. Agelli est hic sub vrbe paululū qō locitas: huic demus qui fruatur.

Locatarius: qui domū aut fundū aliud ve simile in locationem conducit.

Locuste sunt animalia parua infirmas habētia alas: vt inquit Hiero. que quidē de terra consurgēta altius nō valent auolare vt plus sint q̄s reptilia z tamē auibus non equētur. Dicte locuste a locis vrendis ob iacturā quā messibus afferunt tactu multa vrētes morsu vero omnia erodentes: vel a loco z sto stas: vel a longis hastis tibiarum z crurū quasi greci ασταλον vocem. Has parthi: in cibo sumunt. Et diuus domini p̄cursor Johānes locustis vixisse scribitur: sed cōtra obstinatos licet sciam magnos viros aliter scribere: hoc non me fallit: q locustis pratoz velceretur audiant etiam grāmaticos. Hic perottus grādi vir auctozitate longā facit disputationez: sed carptim dicit in india nasci longitudine trium pedum: quarum cruribus cum aruerint vtuntur pro ferris: in cyreanica sēr est: vt ter in anno debellentur: in syria quoq; eas necari militari imperio mos est: nefas est credere diuum Johānē: quē regis nostri dei p̄cursorem merito vocāt: huius cibi impuritate vsum in heremo fuisse: crudeli cibo: z venenoso: sed de grecis sunt isti auctores celeberrimi Eudemus rhetor: Heladius: Eugenius: Zosimus: Cecilius: Longinus: Lupercus: Justinus: Pachatus: Pamphilus: Zopyrion: tandem z Suidas omnium congregator ita scribi grece ακρισ ειδοσ ζωυφιου ησθιε δε ακριδασ ο προδρομοσ και μελι αγριον οπερ αποτων δενδρων επισυραγομενον μαρραδοισ πολλοισ προσαγορευεται. Isaacius etiaz interpres profusus Micādri dicit animal esse venenosum. Plinius lib. ix. dicit locustas esse pisces: atq; beatꝰ Aug. lib. x. confessionū ait Johānē anialibus: hoc est locustis in escā cedētibus nō fuisse pollutū: sed q̄d respondebūt sancte matri ecclesie: insurgēt ne tanq̄ corybātes: q̄ cantat: z publice solēnizat. Prebuit birtū regimen camelus artubus sacris strophiū bidētes: cui later haustū saciata pastū mella locustis: vbi illud locustis intelligendū est vt ait ibi Suidas: ideo concludēdum est nō solūmodo māna intelligi oportere: verū etiam sūmitates oīm germinantiū: vt sunt etiā corralia rosaz sylvestriū: z spinaz: sed causa istius erroris fuit: qm̄ ista dictio ακρισ ακριδοσ duo significet et locustā vermē venenosū: qm̄ sūmitates corrodat: quē deus aliqñ irat⁹ mittit ꝓtra populos z natiōes: signi ficet etiā corculū germinantiū. i. ipsa germia. An igit̄ fas dicere virū tā sanctū tā gratū deo comedere vermes missos cōtra inimicos dei: z quare non comedit etiā muscas: z tabanos missos contra pharaonē? sed tpe hyemis vbi erāt locuste: saliuerūt ne? Immo aliqui medici interp̄tant̄ esse rapūculos: z alij doctissimi poma sylvestria: sed tā sctō homini piū est credere māna ꝑ libito cęlū fluere: vt tā p̄ciosum z tā diuinū corpus sustētaret: q̄uis Plī. lib. xj. cap. xxix. ait partḥis z he in cibo grate. Sed talia monstrosa sunt Φ etiā indi comedāt: non est mirū: siquidē comedūt etiā hoies quos ex finitimis regionibus venant̄ Locusta quoq; venefica neroni grata ex Gallijs euocata: de qua apud Juue. Dion greçus historicus λοκουσταν τιρα φαρμακιδα περιβοητον αγριππινα μετεπεμψατο και φαρμακον ταφυτον προκαταστασεως τιρασων καλουμενων μυκητων αρεβαλε και μετ αυτη εκτων αλλων ησθιεν. Locusta etiā piscis ē ex genere crustaceorū corpore longo cornua ante oculos bina longa z aspera habet dictus a similitudine terrestris.

Locutulei: sunt hoies in verba ꝓuecti et blaterones et linguaces quorū lingua taz ꝓdiga infrenisq; est vt te terrima q̄dā colluuione verboz fluat semp z ęstuet.

Locrus: vbs ab Aiace oileo z naritijs qui eum secuti sunt condita apud locrinū montē qui est in bruciis ad extremum italię oppositus peloro. Virgil. Illic narituꝰ posuerūt mœnia locri. Inde locrenses quorū rex fuit ipse Aiax oileus: hi Epicephyrij cognominati sūt a cephyrio ꝓmontorio cui iminent. Lucroz est Plī. a locris incipere italię fronte que magna grecia appellata est. Alij sunt locri in grecia cognominati oçole a malo odore. Alij Opontij boetijs finitimi qui et Epicundij dicti sunt.

Loder icis: pe. p̄to. lecti vestis z operimētū siue linteolus quo in lecto vtimur z frequenter lauatur. Unde a polluēdo lodices appellatas nōnulli putāt. Juue. Modo sub lodice relictis vteris in turba: huiꝰ diminutiuū est Lodicula. Sue. in Aug. Ita vt extremis spacijs subsultim decurreret sestertio vel lodicula inuolutum.

Logos apud greços modo sermonez significat: modo verbum modo rationē. Hiero. ad Paulinū. Logos greçe multa significat. Maz z verbū est z ratio z supputatio z causa vniuscuiusq; rei ꝑ quā sunt singula q̄ subsistunt. Aug. lib. cōtra hereses. Hermes q̄ latine dicit Mercuriꝰ scripsit libū q̄ logos τελειοσ appelletur. i. verbū pfectū. Apud nos q̄ñq; pro dicto ridiculoꝛ ac contēnendo sumit. Li. ꝑ Gallo. Ego te certo scio oēs logos qui ludi dicti sunt aniaduertisse. Logos fiunt Catalogus. Epilogus. Dialogus. Elogiū Analogia et prope infinita alia: z Logica.

Logica latine rationalis. Nam greci λογικον rationale dicunt. Hec rationalis philosophia dicit q̄ ꝓprietates verboz exigit z structurā z argumētationes ne pro vero falsum surrepat. Boet. in cōmē. top. Hec est inqnit disciplina quasi differēdi quedā magistra quā logicen veteres peripatetici appellauerunt continens in se inueniēdi iudicādiq; peritiā.

Logistoricus: cōterens rationes cōputus z modos historiarū siue historice sermocinās de liberalibus scientijs. quo noīe dictus est quidam liber Varro. Unde Sidonius ad namatiū. Varronē logistoricum sicut poposcerat z Eusebiū chronographū misi.

Loligo: pe. p̄to. genus piscis quasi voligo p̄m Varro. Volitat em̄ hic piscis extra aquā se efferens. hic caput inter pedes z vētrē habet: quē nūc vulgo Cala-

marīū vocant a thece calmarie ſimilitudine. Habet eīm officula duo quaſi cultrū ⁊ calamū ⁊ cruorē nigrū atramēti modo cū externe albus. ⁊ cū a volo as: habēte pe. cor. deſcēdat: loligo aūt ꝓductā habeat in metro ꝑ duplex. ll. ſcribendū puto. Hora. in ſer. Vice nigre ſucc⁹ loliginis. Dim⁹ diminutiū eſt Loligūcula Plau. Emitto ſepiolas lolliguncula.

Lolium herbe genus alio nomine ciçania. Hora. Eſſet ador loliūq; melioꝛa relinquēs. Hinc Loliari⁹ a um Col. li. ix. Cribꝛo vitiario vel loliario qui iam fuerit in vſu pulli ſuperponatur.

Lomentū: greci λειωμα vocant qō tritū ꝓprie ſignificat. Pli. lib. xxiij. Subtiliſſimū genus lomenti quidam vocāt quinis aſſibus eſtimatū.

Lombardia: regio italie ꝑ a lōgobardis dicta q̄ ciſalpina gallia vocabaī. Eius fines ſunt Apenninus ⁊ alpes et quicq̄d intra alpes benacūq; atq; Mintium amnē cōtinēt: cuius metropolis eſt Mediolanū: a populis q̄ lingones germanie ⁊ bardi galliarū ſunt ſimul mixti: nō aūt a lōgis barbis: vt ſolēt viri docti ridere.

Longus ꝓprie porrectus. Virgi. Stant longis innixi haſtis ⁊ ſcuta tenētes. Per translationē q̄ñq; pontē ꝑ diuturno. Idē. Et longū andromache teſtanī amorem. Q̄ñq; pro magno. Unde longiores dies maiores dicimus. Q̄ñq; pro ꝓnicioſo. Idem. Infelix dido longūq; bibebat amorem. Et longū aduerbialiter qō ſignificat longo tēpore. Uar. Utq; tuis longum dominuſq; puerq; fruantur munerib⁹. A longus fiūt cōpoſita oblongus ⁊ prelongus.

Longe aduerbiū pro longitudine tam temporis q̄ loci vt cū dicimus longe lateq; diſcurrit. Interdū ſignificat valde. Saluſt. Longe mihi alia mens eſt. Interdum precipue. Lice. Illud homini longe optimū eſſe Huius cōpoſita ſunt Alonge ⁊ delonge q̄ habēt accentū in prima. Longe gentiū ſignificat longe: ſicut nuſq; gentiū nuſq; locorum.

Longeuus a um. cum diph. qō eſt longi eui. Virgilius Quē tibi longeuo ſerū lauinia cōiunx Educet hyluis. Lice. in Cato. O miſerū ſenē qui mortē contēnendā in tam longeua etate non viderit. Hinc longeuitas ελληνιστι δε αιων μακροσ λεγεται.

Longanimis penul. cor. qui eſt pſeuerātis animi equanimiter tolerans. A quo longanimitas pro tolerātia Hiero. Longanimitas que alibi ſuſtentatio dicitur: videtur a patientia differre quia qui infirmitate magis q̄ proposito delinquunt: ſuſtentari per longanimitatem dicunt. Qui vo ꝓtinaci mente exultāt in delictis ſuis ferri patiēter dicendi ſunt. Patientia ergo eſt qua per ſuperbiā ⁊ procaci mēte peccantē nō ſtatim punit deus Longanimitas eſt qua ꝑ infirmitatē ⁊ nō deliberati animi maliciā peccātis diu portat.

Longitudo: plixitas: vt lōgitudo dierū in dextera illi⁹.

Longinquus a um: qō eſt remotum diſtans. Lice. W. Cato. Non dubito quid preſentes cenſeant: nos quidem longinqui ⁊ a te ipſo miſſi in vltimas gentes.

Longo as: q̄uis non ſit in vſu: habet tamen compoſita in frequenti vſurpatione habita: que ſunt elongo ⁊ prolongo quod eſt protraho. Plau. Que mihi anus prolongat promiſſa.

Longiſco longus ſo. Ennius. Necq; corpora firma longiſcunt quicq̄.

Longurio: idem quod lōgus. Uarro. Hic qui ante me eſt neſcio quis longurio.

Longurius apud Uarro. pertica longior. Quin. lib. j. de re ruſ. ait. Secūda ſepes eſt ex agresti ligno ſed nō viuit. Fit aūt palis ſtatutis crebris ac virgultis implicitis aut latis perforatis ⁊ per ea foramina traiectis longurijs ferreis binis aut ternis aut ex arboribus truncis demiſſis in terram deinceps conſtitutis Idem lib. ij. Itaq; in ſtabulis oportet clauſa habere oſtia ac feneſtras ⁊ inter ſingulas e ſiſepib⁹ interūcere lōgurios q̄ ea diſcernāt ne inter ſe pugnare poſſint

Longanon: rectū inteſtinū dicitur quo aluum purgam⁹ ſic dictum: quia in longū protenditur et non eſt ita oꝛ bibus implicitū ſicut inteſtinū tenue. Apicius. Longanones porcinos ex ture tarentino farſos cunctos conciſos in cinere pullorum.

Longobardi populi Germanie quos a longis barbis cognominatos ferunt ⁊ ab oceano germanicq; viri mis oris veniſſe nouas ſedes querentes. hi Albino duce italiam intrauere breuiq; omnes pene citerioris gallie vrbes cepere: ibi cū ducentis annis regnaſſent: a carolo magno ſuperati fuerūt ſed tamen vt diximus: vt celtiberi ex celtis ⁊ iberis fuit vna natio: ita lingones populi germanie ⁊ bardi galliarū populi facta vnione gentē vnā ⁊ vnū nomen admiſcuerūt: et ideo Pōticus vir doctus noſtri temporis lingobardos appellat nō aūt lōgobardos quātis aūt ꝓbatio nibus ꝓdeat ille vir ſcrupuloſus alij viderint.

Lopades: genus conche marine. Plau. in para. Medico addite lopades echinos oſtreas.

Loquoꝛ eris locutus: per c. Prim Priſcianū ꝓprie ſignificat verba profero. Differunt autē ab inuicē Loqui ⁊ dicere q̄ loqui ſit a natura: dicere eleganter ⁊ facunde. Compoſita verbi loquoꝛ ſunt. Alloquoꝛ ad aliquē loquoꝛ. Lice. Cū pridie eius diei eum allocutus fuiſſem. Alloquimur etiā ea que aut ſummo affectu aut extremo periculo narramus. Uir. Extremū quod te alloq̄r. Ouid. Nec quia te noſtra ſperē prece poſſe moueri alloquoꝛ. Hinc alloquium. Amb. lib. Hexa. Dixit deus nō vt per vocis oꝛgana quidaz ſonus ſermonis exiret: nec vt linguę motus celeſte formaret alloquiū. Colloquoꝛ ſimul loquoꝛ: a quo colloquium ꝓ confabulatione cū veniunt in vnum locum loquendi cauſa: ⁊ collocutoꝛes qui ſimul loquuntur. Circūloquoꝛ per circuitum quedam declaro. A quo circūlocutio quā greci periodon vocant: vt ſi elephanti dentem pro ebore dicamus. Eloquoꝛ a quo Eloquium. Deloquoꝛ quod eſt de aliquo loco deputato loquoꝛ Uarro. Hinc dicuntur eloquium ac reliqui in fanis ſabinis e cella dei q̄ deloquūtur. Interloq̄r. Obloq̄r Preloq̄r. Anteloquoꝛ. Lactā. li. iiij. Daniel quoq; ſimilia prelocutus eſt. Perloquoꝛ perfecte loquoꝛ et ſermonē pficio. Et habent penultimā correptā.

Locutoꝛ ſeu loquunꝛtoꝛ: qui nimiū loquitur. Hel. Qui ſunt leues ⁊ futiles ⁊ importuni loquutoꝛes.

Loquela: verbū qō in loquēdo proferimus.

Loquentia ⁊ loquium q̄uis a loquoꝛ deducantur: non tamen eis vtimur niſi in cōpoſitione vt breuiloquentia breuiloquium: multiloquētia multiloquiū magniloquētia magniloquiū. Similiter magniloquus multiloquus ſtultiloquus blandiloquus ⁊ huiuſmodi q̄ habent penulti. cor. Anteloquiū primus loquendi locus: ſeu principatus loquēdi. Soliloquiū qō ſignificat illius q̄ contēplando ſolus ipſe ſecū loquit.

Loquax verboſus garrulus. Uñ coꝛui ⁊ alie aues que humanam vocem imitantur: loquaces dicunt. Hinc comparatiū loquacioꝛ ⁊ ſuperlatiū loquaciſſim⁹. Loquacitas naturalis loquendi abundantia. Cicero. Torquato. Facit autem non loquacitas mea ſed beniuolentia longioꝛes epiſtolas. Accipitur etiam pro ſtulta ⁊ inani loquendi copia.

Loquacito as multū loquoꝛ. Hiero. Si quando mulierculę de diuitijs ꝓprijs de filijs: de veſtib⁹ de mūdi vanitatibus garrulando loquacitent: vt moris eſt eis frangantur.

Lora ſiue lorea genus potiōis eſt quā greci Deuteriā appellant quaſi ſecūdariā veluti apud nos tertiaria per vini caritatem. Nam δευτερον apud grecos ſecundū dicit. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt

seruant vim participioꝝ. hinc participialia nomina dicta sunt gerũdiua: q̃ licet non sint participia: similia tamẽ participijs sunt. Vñ ⁊ casus ⁊ genera ⁊ tpa ⁊ significatiões habent more participioꝝ: et post se casus regunt non ante: Huius legatur In cõuertendo dñs captiuitatẽ syon. i. dum cõuerteret dñs: vel conuertente dño captiuitatẽ: sed nõ est vsurpanda talis locutio. Differũt autẽ gerũdiua a participijs: q̃ ipsa rei administrationẽ significãt sine tẽpore: vt tenet me occupatio iurisdicẽdi gerundiũ est: nec tẽpus significat futurũ: sed rei administrationẽ in iure dicendo. Illa vero tempus sine rei administratione: vt tenet me cura dotis numerãde: participiũ est futuri significatũ sine rei administratione. Preterea gerundiua duplicẽ significationẽ habẽt: participia vnam tantũ. Sed sciendũ q̃ gerũdiua q̃ sociata sunt substantiuis passiue accipiunt: distincta vero modo actiue modo passiue: sed passiue cũ sine p̃positione et sine genere in ablatiuo ⁊ quasi absolute ponunt. Quintili. Sed memoria excolendo: sicut omnia alia augeꝫ. i. cũ excolit. Virg. Alitur vitiũ crescitq̃ regendo. Idẽ. Degrescitq̃ medẽdo. Et vitq̃ videndo femina: hoc est cũ tegitur vitiũ: cũ curatur eger: cum videt femina. Sal. cũ actõ mediante ad. Pauca supra repetã quo ad cognoscendum omnia illustria magis magisq̃ in aperto sint. i. vt cognoscant: iungunt ⁊ gerũdiua cũ plurali numero singulari voce. Plini. Cum illorum videndi gratia me in foꝝ cõtulissem: aliqñ participiũ sumit p̃ participatiõe. Hier. in expo. can. Considera ne forte possit ⁊ illud corpus quod assumpsit Jesus cõmune ei cum sponsa cubile noiari: quoniã quidẽ videt per ipsum ecclesia Christo esse sociata: ⁊ participiũ p̃bi dei capere potuisse: p̃m q̃ mediator dei ⁊ hominũ dicitur. Sic etiã solet dici caueda esse femine participia: quo significatur fugiendum esse femine consortium.

Partio: partiris ⁊ partio partis: partiui partitũ: futuro partiã ⁊ partibo: partiar ⁊ partibor. Plau. in asi. Hanc quam nactus sum predam cum illis partiam. Hiero. in p̃s. Letabor et partibor sicimã. Est autem partiri partes facere ⁊ quasi distribuere. Virg. Socios partit in omes. Sal. Prouincias inter se partiuerant. Ab his fiunt cõposita: Impertio actiuum: Impertior tam passiuum q̃ deponẽs a. in e. mutata sicut fit in expers. Et significat impendere vel partem dare ⁊ participem facere. Cice. Huic rei aliquid tẽporis impertias. Ambros. Posteaq̃ apostoli ad euangelizandũ regnum dei sunt destinati gratie celestis impertitur alimentum. Idem. Vtinã dñe Jesu velis mecũ istos nõ ieiunos dimittere: sed impertit abs te epulis reficias eos: vt possint tuis alimoniis fortiores infirmitatẽ ieiunij nõ timere. Ci. Atq̃ etiã viro forti college meo laus impertitur. Dicimus autẽ impertio nemini laudẽ mei laboris. Et impertio neminẽ laude mei laboris: sicut fit in dono. Terẽ. Plurima salute parmenonẽ suũ impertit gnato. Dispertio vel dispertior: variẽ partio. Plau. in aul. Hercle iniuria dispertiuisti. Pinguiorẽ isti agnũ hñt. Mart. Vt pariter dispertianẽ bona patris. Bipertior/tripertior/quadripertior/quinq̃pertior: a quib⁹ bipertita/tripertita: et hmõi.

Partiarius colonus: siue alius quis cuꝫ quo aliq̃d cõ habem⁹ et partimur. Cato. Vineã curandã partiarius bene curet: fundũ arbustũ agrũ frumẽtariũ partiario: fenũ pabulũ qõ bobus satis siet: que illic sciat cetera omnia p̃ indiuiso. Idẽ. Calcẽ partiario coquẽdam qui pant calcarius pficit ⁊ coquit.

Parulis idis. tuberculũ iuxta dẽtes in gingiuis nascẽs.

Parũ aduerbiũ significat modicũ: a quo paulum paululum: pauxillũ: et pauxillulũ diminutiua.

Parumper paruo tempore quasi perparũ: hoc est valde parum: sed p̃postere. Plaut. Expecta hic parũper. Interdum p̃cat paulatim. Virg. Pulsusq̃ parumper corde dolor.

Paruus a. um. quod non est magnũ. Cui⁹ diminutiuũ est paruulus. Vnde etiam paucus: a quo diminutiua pauculus et paurillus.

Pasceolus vt inquit Var. sacculus est ex aluta factus. Plau. in ru. Preterea centum denaria philippea in pasceolo seorsum.

Pascha ę. et pascha atis. Fuso. Nos etenim primis sanctũ post pascha die⁹. Quod plane nomẽ hebreũ esse: ac transitũ signare docet. Hier. sic inquiẽs. Pascha ⁊ hebraice dicit phase non a passione: vt plerisq̃ arbitrant: sed a transitu noiatur eo q̃ exterminator videns sanguinẽ in postibus Israelitarũ pertrãsierit nec percusserit eos. Aug. A diligẽtioribus et a doctioribus inuentũ est: q̃ pascha hebreũ verbũ est ⁊ non interpretat passionẽ: sed transitũ. Per passionẽ eñ christus trãsiuit a morte ad vitã: et fecit nobis viam credentibus in resurrectione eius: vt transeamus et nos de morte ad vitã. Sic eñ ipse domin⁹ ait. Qui credit in me transit a morte ad vitã.

Paschalis ⁊ hoc paschale quod ad pascha pertinet: vt paschalis dies: et paschale sacramentũ. Paschales vero oues: quasi pascuales dicunt.

Pasco is. pasui pastum. i. comedo: et quãdoq̃ absolutẽ ponitur. Virg. Pascẽtes seruabit Tityrus hedos. Aliq̃ construit cũ actõ. vt Flore depasta salicti. In hac significatione etiã sumit pasco: deponẽs. Virg. Pascunt vero syluas: et summa lycei: Hozrentesq̃ rubos ⁊ amãtes ardua dumos. Dicimus etiam pasco: equũ p herbã vt Cetera pascuntur viri ⁊ armẽta p herbas: equus pascitur herba: vt Sylua pastus arundinea. Equus pascitur in viridi pabulo: vt Pascit in magna sylua formosa iuuenca. Equus pascitur die ⁊ nocte: vt Sepe die nocteq̃ ⁊ totũ ex ordine mensem pascitur. Interdũ pascere est cibũ alteri prebere: et quasi cibo saginare. Et sic dicimus Herba pascit equum: et pasco equum herba. Virg. Deloces sparte catulos acrẽq̃ molossũ Pasce sero pingui. Unde per translationẽ pascere ponitur p̃ delectare. Idem. Atq̃ animũ pictura pascit inani. Et pascere oculos est visu alicuius rei grate eos oblectare. Interdũ p̃ fouere/alere. Idẽ. Qualẽ infelix amisit mãtua campum. Pascentem niueos herboso flumine cygnos. Interdũ p̃ augeri et crescere: vt Et sacrum tibi pascere crinem. Hui⁹ cõposita sunt cõpasco/depasco/pascendo absumo. Et depastus dicitur agrũ bos: qui cibum ex agro sumpsit. Hiero. in exo. Si dimiserit iumẽtum suũ vt depascatur aliena restituet. Itẽ depastus ager passiue: hoc est pascendo cõsumptus. Dispasco diuido et p̃prie pecus a pastiõe deduco. Expasco/depasco/ perpasco: totũ pasco: satio Impasco: deponẽs intus pasco. Col. li. ii. Neq̃ suem velimus impasci pratũ: quoniã rostro suffodiat ⁊ cespites excidet.

Pascito as. penul. corre. frequentatiuũ a pasco. Var. Muuc feras que in syluestribus locis pascitant cicures que cultis.

Pascuũ a quo plurale pascua: in quib⁹ pecudes pascũtur: siue ager pascuus sit: siue pratum: siue mõs aut collis. Col. li. viii. In eo rure q̃ pascuo caret ꝓ tineri potest extiguo ⁊ qualicũq̃ pabulo cõtentus. Pascua censorijs tabulis dicebant omnia ex quib⁹ populus redditus haberet: quia diu hoc vectigal fuerat.

Pascua ę. idem qõ pascuum. Hiero. in Esaia. Et erit in pascuã bouis: et in concultatione pecoris. Et in p̃s. Oues pascue eius.

Pascuus ą. um. Unde Paul. syluam pascuã appellat:

que pascuis pecudū destinata est.

Pascales oues et galline dicunt que passim pascūtur a pasco siue a pascuis q̄si pascuales. Luci. Pascali pecore ac mōtano hirco atq; soloce. Vie. li.j. Re. Vulier illa habebat vitulū pascalē in domo: z occidit eū

Pastus a. um. participiū qui cibū sumpsit: pastus us. cibū siue cibationem significat. Gel. Alia luce orta auis in pastū ꝓfecta est.

Pastio idem quod pastus: cuius hoc magis ad brutorū alimenta ptinere videat. Col. lib.j. Porculatoris vero et subulci diuersa ꝓfessio: diuerse pastiones. Unde etiā Varronis index de villaticis pastiōibus ad bruta pertinentibus.

Pastor qui curā hz pascēdi: vt est apud Euā. Pastores erāt in eadē regione custodientes vigilias gregis.

Pastoralis et hoc pastorale quod est pastoris: vl quod ad pastorē pertinet: vt pastoralis cura: pastorale officium. Var. Tertio gradu a vita pastorali ad agricultu ram descenderunt.

Pastorius a. um. qō ad pastorē ptinet. Var. lib. ij. de re rus. An ea q̄ tria here dixisti mihi de pastoria re.

Pastoritius a. um. idem quod pastorius. Idē lib.j. Cū homines pastoritiā vitam agerent: neq; scirent etiā arare terram.

Pastillus diminutiuū videt a pasta: cuius fiat mutatio generis. Quidā a pastu deriuāt: vbi z genus seruat. Festus a pane. Est aūt forma panis parui. Horat. in ser. Pastillos rubellus olet gorgoni° hircū. Et pastilli sunt qui illinunt: Vide in dictione emplastrum.

Pastillū neutri generis: sicut docet Festus fuit genus libi rotundi quo vtebant in sacris.

Pastinaca genus radicis virtutē calidę. Macer. Et pastinace virtus in semine tantū. Itē pastinaca genus piscis: de quo Pli.

Pastinū penul. cor. est: vt Colu. lib. iiij. refert ferramētū bifurcū quo semina pagunt. Palladius aliter accipit cū ait: Pastinū fieri nūc tempus est. Mensura pastini hęc est in tabula quadrata iugerali: vt cēteni octogeni pedes per singula latera dirigant.

Pastinare est agrū fodere. Col. lib. ij. Tum in terram bene pastinatā z stercoratā rectū sarmentū defigito. Huius compositū est Repastino as. repastinari dicebant veteres vineas: quę refodiebant. Nec eīm ꝓpria appellatio restibilis vineti erat nūc antiquitat⁹ imprudens ꝛsuetudo quicq̄d emoti soli vineis ꝑparatur repastinatū vocat. Uñ quidā repastinari agrū dicunt: cuius natura fodiēdo mutat. Pli. li. xix. Precipuus sit caulis sapore ac magnitudine ꝓmā omniū si in repastinato seras. Hinc repastinatio ꝓ renouatione quādoq; capitur. Uñ per translationē dicūtur libri repastinationū.

Pastinatus us. ipsa pastinatio. Colu. lib. iiij. Nec eīm parū refert suspensissimū esse pastinatum. Et si fieri possit vestigio quoq; inuiolatū.

Pastomides idis. instrumentū ferreū siue ligneum quod ad cohibendā equoꝝ tenaciam naribus vel morsui imponitur. Lucil. Pastomides huic de naribus ingentes pendent.

Passer auis a patiendo: eo ꝙ morbū caducū patiantur passeres. Quo etiā noie significant omes aues. Uñ Cice. dixit omibus passerib⁹ insitā a natura voluptatem: de omibus auib⁹ iutellexit. Nodieq; aues ipas in cōe passeres vocant hispaniarū vernaculi. Et passer nomē piscis: z nomē loci. Var. Nō mollis sinuessa feruidiq; fluctus passeris aut superbus anxur. A passer fit diminutiuū passerculus.

Passer solitarius auis aliquanto grandior passere: ac subnigrior solus per domoꝝ culmina incedēs cātu suauis. Passer marinus altera auis.

Passio: perturbatio: affectus z affectio: grece pathos &c. A neotericis ꝙo auctorib⁹ ecclesiasticis passio vsurpat ꝓ animi vel corporis morbo. Sunt autē quatuor ꝓcipue passiones: duę a bonis: gaudere. s. et cupere: seu sperare. Letitia de ꝓsenti ē. Spes de futuro. bono. Duę a malis dolere z timere. Dolor de ꝓsenti. Timor de futuro malo.

Passiuus a. um. quod passionē denotat: vnde passiue qualitates dicte sunt nō ꝙ patiant aliq̄d: sed ꝙ faciāt passionē. Vel nāq; vt dulce sit: non a dulcedine aliquid passum est: sed dulcē gustantib⁹ efficit passionē. Passiue autē qualitates rectius dicunt albedo z nigredo: et eoꝝ media. i. rubor z pallor. Nec eīm non nisi vel animę: vel corporis passione nascunt: vt eīm nigrescat aliquis corpis passione vt rubescat vel pallescat animę efficit: quę cū turpitudinis verecundiā ferre nequierit: q̄si ad obtentū sui sanguinis copiam in exteriores partes corporis fundit eoq; fit: vt pudore nimio rubescam⁹. Pallor q̄q; simili aię passiōe cōstitit cū pculsa metu nimio ad cordis vlteriora cōfugit eāq; sanguis inseq̄t: adeo vt desertū sanguine: qđ est in ꝓspectu corp⁹ albescat. Nę igit qualitates si in corpore pseuerent: qz ꝑm eas q̄les dicimur: ipse q̄q; qualitates passiue censent. Si vero ad breue tēpus exciterint ita vt cito discedant: passiones eas potius noīamus. Eritq; inter passiuas q̄litates: et passiones ista discretio: ꝙ passiōes ad tēpus exorte: facile cōmutant: passiue vero qualitates ꝑm quas quales dicimur perpetuo pseuerant.

Passus a. um. a patior: idē quod perpessus. Virg. O passi grauiora. Uñ vua passa q̄ in siccando passa est solē. Pli. Quin z a patiēdo nomē acinis dat passis: hinc z vino nomē datū qō passum vocāt.

Passus a. um. a pateo idem est quod patiens extensus. Plaut. In portū vento scōo velo passo quenit: id ē ocyssimo cursu. Passa vela dicimus expansa distenta explicata vento tumentia ac plena.

Passus a. um. a pando idem est quod deductus: porrectus: dispersus. Terē. in phor. Capillus passus nudus pes: qō z expassum aliqñ dicimus: z mutatione a in e. dispessum. Plau. in mi. Dispessis manib⁹. Aeteres eīm passum dixisse nō pansum et expassum non expānum Gellius Seruiusq; testant. Dicit eīm Ser. Ideo autē pando: non facit pansum: quia plerumq; quod in prima verbi positione inuenitur in preteriti participio nō est: vt tundo tusus. Et licet alia euphonie causa varientur vel in generibus vel in numeris: nactus tū z passus n penitus nunq̄ patiunt. Passis manibus dicimus: quod est diductis atq; distentis. Tertul. Tamē oppansum velum dixit: pro oppasso et extento. Idem. Expansos inquit vngulę fodiant: cruces suspendant.

Passus sus. spaciū qō patet in spatio pedū: quia patēs apertūq; est: vel qz sic pedes patescunt. A pateo eīm passum supinū est cū vero nō est passum clausum &c. Et ob hoc claudere ē de illo spatio intercepto diminuere: et minorē passum facere.

Passum genus liquoris: quod ex vua passa cogitur. Fit ex vua quā greci stichā: nostri apianā vocāt: vuis in vite diuti° sole adustis: aut feruente oleo: donec pauło amplius dimidiū pōdus sup sit fulasq; leniē vuas expriment: et colligūt. Qui autē volūt secūdariū passum facere adūciūt vinaceis tm̄ aquę puteolanę: quā tū ex prima pressura passi fluxit. Defrutū vero vinū est musto vsq; ad dimidiā partē decocto.

Passim aduerbiū a passu significat passu distante sparsim vt nō vbiq; cū vbiq; sit sine interuallo: vt herba ē in prato vbiq;: grex ꝙo passim pascit: qz aliquid interualli est: inter pecudē. Sꝫ ꝑfundunt qñq;. Donat interdū ꝓ vndiq;. Lact. Cōstituit asylū: eo passim cōfugerūt ex finitimis locis. Interdū ꝓ libet. Virg.

Passimq; in littore sicco corpa curamus. i. vt quisq; vult siue indifferēter. Hiero. Sola scripturarū ars est quā sibi passim omnes vendicant. Aliqñ p vbiq;. Lact. Credit ei passim tanq; cognite veritati.

Pastophorū pastophororū domus. Pastophori autē sacerdotes dicti sunt a posito pallio vt quidam aiunt ferendo: quidā accipiūt pro thalamo nuptiali. Unde et venus appellata est pastophoros: q thalamū nuptialem curet z administret. Nam παστας thalamus nuptialis ōr: qui alto noie μυμφιδιον: cū q̄b° fere sentit. Hier. q̄ in Esaiā ait: Pastophorū est thalamus in quo habitat prepositus tēpli.

Pasiphae dictio tetrasyllaba: hec fuit filia solis: z vxor minois regis cretę: quā in fabulis ferunt ex tauro genuisse minotaurum qui partim hominis effigiem habebat: partim tauri. Proper. Vobiscū europe nec proba pasiphae.

Pasithea vna ex tribus gratijs: quā alij Euphrosynen vocant.

Pattagia fluuius sicilię απο τοῦ παττᾱγοῦ: id est a sonitu. Nam per saxa fluens clamare videtur. Clau. Et saxa rotantē pattagiā.

Patagiū aurea chlamys que ꝓciosis tunicis supindui solet: et qui ita induti sunt: patagiati dicunt. Et patagiarū q̄ huiusmodi vestes ꝓficiūt. Apul. Uberes. n. crines leuiter emissos z cerule dependulos: ac deinde p colla dispositos: sensimq; sinuato patagio residentes paulisp ad finē cōglobatos in summū verticem nodus astrinxerat. Patagius morbi genus.

Patara pe. co. vbs lycię vbi apollo dabat responsa. Dicta a pataro apollinis filio: vel ab alio pataro lapeonis filio. Hinc pararcus a. um. Sta. lib. j. th. Phebe parēs seu te lycie patarea nuosis. Exercēt dumera tugis. Quib. Patareaq; regia seruit.

Patauium: vbs quā Antenor condidit: quę et padua. Vide in dictione padua.

Pateo es. passus. Patere ē apertū esse. Plau. Ingredere tu: fores iamdiu patent. Hinc patens z patulū q̄ inter se differūt: q patēs sit qđ ēps patet. Virg. Et portas iubet esse patētes. Patulū qđ semp patet vt arbor. Idē. Tityre tu patule recubans sub tegmine fagi. Hinc Plau. Bouem patulū appellat: cuius cornua diuersa sunt: ac late parent.

Patulus a. um. pe. co. de quo modo in pateo.

Patesco is. aperior/patens fio. Qñq; tamē pro ꝑmitto ponitur. Sal. Hinc late patescētibus campis exercitum tuto emittit.

Patefacio is. patentē facio. Hiero. Sic arridens patefecit ingressum. Hinc patefio. Teren. in phor. Ego nullo remedio possum me euoluere his turbis: quin si hoc celet in metu sin patefit in probro siem.

Patulico as. pe. co. aperior: patulus fio. Pli. Patulicantib° quinquagenisquinis barbulis coronat.

Paribulū modo seram ligneā qua ostia claudunt significat a pateo: q hac remota valę pateant. Lin. Si quisq; bodie ꝑter hanc posticū nostrū pepulerit patibulo hoc ei caput defringā. Modo crucē z sic a patior fieri manifestū est.

Pathe a Cice. dicunt perturbatiōes: siue animi egritudines. A Gellio affectus vel affectiones. A Lactā. modo vitia: mō affectus. Augu. expressus ea passiones vocari tradit: qualia sūt egritudo/dolor/gaudiū metus/tristicia/cupiditas/ira. Quos animi motus platonici et aristotelici: dicūt etiā insapientē cadere: sed moderatas rōniq; subiectas. Stoici vero negāt in sapientem cadere: qui dicunt sapientem apathen: id ē impassibilē: et apathiā impassibilitatē probant. Nam talem dicunt esse sapientis animum qualis est mundus supra lunā. s. imperturbatū: quē nulla perturbatio obnubilet. nulla tristitia obturbet aduersus quos reclamat ipsa natura.

Pathetica oratio dicta est: quā ex rhetorica arte ꝓcipiē dirigi oportere: aut ad indignationē: aut ad miam.

Pater qui aliquem genuit: quo etiā nomine aui/abaui/proaui/atraui/tritaui: continent. Hinc patrū nostroz memoria dicim°. i. maioz nostrorū q̄q; maiores intelligi possunt quicūq; erāt ante tritauos: sicut minores qui etiā post trinepotes futuri sunt: patrē etiam nomē religiōis est. Uñ dij omnes patres vocabātur. Similiter pater nomen est reuerentię. Propter qđ Romulus centū senatores q̄s ad reipu. curā elegit: siue quia is nūerus satis erat: siue q̄ soli centū erant qui ad id idonei essent patres ab honore vocauit: siue ab ętatis vel curę similitudine.

Paterfamilias ōr qui pūm° est z imperiū hz in familiā siue qui potestatis sue est: siue puber siue impuber.

Pater patratus: vide in dictione patro as.

Patres conscripti qui in senatu patribus erāt scriptis annotati.

Patricij senatorū progenies. Liui. lib. j. Romulus centū creat senatores q̄ patres ab honore: patricij quoq; progenies eoz appellati. Idē li. v. Ēn vnq; sando auditis patricios primo esse factos nō de cęlo demissos: sed qui patrē ciere auumq; possent. Tintius ait patricios appellari ingenuos. Uñ plebei patricijs opponunt. Non em̄ senatores omnes erant patricij. Tacitus. Hisdē diebus in nūerū patriciorū assciuit Cęsar vetustissimū quēq; ex senatu: aut quibus clari parentes fuerant. Hinc patriciatus us. pro ipsa dignitate. Sue. in Aug. A Tarquinio priſco rege interro. gentes allecta in senatū: mox a S. Tulli. in patrias traducta, pcedente tēpore ad plebē se cōtulit ac rursus magna vi p diuū Julij in patriciatū redijt.

Patricius vicus rome dict° est: q tbi patricij habitaue rūt. Jubente. Ser. Tullio vt si quid aduersus ipsum molirent ex locis superiorib° oppimi possent.

Patritus a. um. pe. pro. quod est patris: sicut auitus a. um. quod est aui. Sunt em̄ tanq; possessiua. Cic. lib. j. tus. Patritiā z autā vt ait Theophrastus phiam.

Patrimus pe. pro. qui patrē adhuc viuentē hz. Pater patrim° qui cū ipse pater sit adhuc viuentē hz patrē in pōtificio tamē iure pater patrimus accipit pro eo qui vulgo compater dicit.

Patrimus a. um. quod est patrī: sicut matrimus a. um. quod est matris.

Paternus a. um. quod est patris. Teren. in adel. Polbaud paternū istuc dedisti.

Patro as. proprie significat liberis operā do. Quint. tamē dicit patrare apud antiquos sancte z honeste dicebat. Deinde ꝛsuetudine in vitiū lapsum ē vbi. Uñ irrideri solitū esse Salustiū huis immerito: q patrare bellū direxit: tanq; patro rem turpē dōtaret significet. Ex quibus verbis colligit priscos patrare posuisse, p perficere: non solū cū opera liberis dare: sed etiā cū aliud quippiā tam inceptū ad finē pducere. Unde z patres patrati dicebant: q ad patrādū hoc est peragendū iuramentū: vbi de fœderibus conuenerat mitterentur. Plurar. in proble. Fœcialibus sacerdotibus qui fœderibus faciendis prēsunt: pater patratus ꝑhibet. Inde dictus q ipse pater patrē baberet: sicq; filius, puideret: et patrē cōsuleret. Hui° vbi cōposita sunt Impetro quod est obtineo et quasi id qđ cupio facio. Perpetro qđ est perficio. Propetro mādo aliquid perfici. Accius. Agē vo propetra qđ cepisti fieri. Et habent penul. co.

Patriço as. vel patrisso as. paternos mores imitor. Teren. in adel. Laudo o chtesipho patriçae abite virum iudico.

Patria vbs siue oppidū vnde orti sumus q patria cōmunis omniū parēs sit. Aliqñ et, puincia ipsa ex qua

ortl sumus patria vocat. Sed improprie. Vñ Sal. hispaniã sibi antiquam patriam dixit. Aristophanes πουδε αγαθον εκει παρισ εστι id ẽ vbi bonũ ibi patria est. Cenobius aũt πασα γη πατρις εστι τοῦ το μερος εστι χρησ μουον αρειδερ οθεσσ μελεωτω πελασγω περι νικησεως μαρτε υω μερω.

Patrius a.um. qđ est patrię: vt mos patri⁹. Lice. in Cato. Vigebat in ea domo mos patrius: ⁊ vigebat in eo animꝰ patris ⁊ disciplina. Aliqñ đ: qđ est patris. Virg. lib. xij. Patrio mucrone relicto.

Patrianus a.um. quod est patrię. Lice. thermo. Vt obtineat id iuris in agris: quod est patriana ciuitas decreuit ⁊ dedit.

Patricida pen. pro. qui patrẽ interficit. At paricida đ: q̃ vel cognatũ vel ciuẽ aliquẽ/vel aliũ interficit: vl ad uersus patriã machinatus est: de quo supra.

Patruus/frater patris: ꝙ q̃si patris loco sit patruꝰ magnus/frater aui. Patruus maximus frater proaui et abaui: qui ⁊ ꝓpatruus ⁊ abpatruus dicitur.

Patruelis a patruo. Sunt em̃ patrueles patruorũ filij qm̃ q̃ pater alteri est/alteri est patruus: sicut sorores patrueles nuncupanť ex duobus ⁊ ipse fratribus genite: auctor: /iurisc̃sultus. Vñ sororũ duarũ aut pluriũ filij inter se sobrini dicunť/quasi sororini.

Patriarcha patrũ princeps: hoc est pontificũ primus. Vt quattuor principio fuere. Romanus/Antiochenus/Alexandrinus/Hierosolymitanꝰ. Postea trãslata byçantium imperij sede additus est ⁊ cõstantinopolitanus.

Patrimonius/bona paterna: hoc est hereditas a patre relicta. Patrimoniũ ꝑo sancti petri ẽ regio thuscię. Vbi soana oppidũ/sancta flora/aqua penděs gripte sanctꝰ laurẽtius/balsena/martha castrũ ciuitas tusculanella. Mons flasconus/balneũ regiũ/vrbs vetus. Orbha ciuitas castellana olim veientana vrbs: castr̃ nouũ nepe/viterbiũ/sutriũ/roncilionũ ⁊ alia multa.

Patronymicũ/qđ sub patris nois significat filiũ: vt priamides. i. Hectoꝛ priami filius. Cõpositũ nomen ex patre ⁊ onoma: sed o in y vertitur.

Patronus/qui aliquẽ in periculo defendit. Pedianus: Si oꝛator ẽ/aut aduocatꝰ si ius suggerit/aut ꝓsentiã suã cõmodat amico/aut ꝓcuratoꝛ si negociũ suscipit aut cognitoꝛ/si ꝓsens causã nouit: ⁊ sic tueť vt suam.

Patrocinoꝛ pe. coꝛ. significat tam verbo q̃ facto imbecillioꝛẽ/ꝓtego: Lactã. li. v. Qui licet sapiẽs fuerit patrocinari cũ vere iusticię nullo mõ poterat qui caput ipm̃ fontẽq̃ iusticię nõ tenebat. Vnde patrocinũ ipa ꝓtectio. Sal. Cuiꝰ patrocinio ciuitas plurimũ vrebatur. Festꝰ: Patrocinia appellari cepta sunt cũ plebs est distributa inter patres vt eoꝝ opibus tuta esset.

Patera pe. coꝛ. poculi genꝰ latũ ac parẽs. Virgi. Spumantem pateram ac pleno se proluit auro.

Patrę arũ. ciuitas in attica regione: quã pausanias aro en dici prius solitã affirmat mora patreo mgnibus ampliatis nomen accepisse qđ nunc habet. Vnꝰ memimit Pli. lib. iiij. Quiõ. lib. vj. Wesseneq̃ ferax patreq̃ humilesq̃ cleone.

Patina pe. coꝛ. vasis genus quo dapes elire ⁊ iurulente in mensam ferunť. Teren. Iamdudũ animꝰ est in patinis. Vnde patinarius a.um, qđ est in patina conditũ. Plau. Vel patinariũ vel assum verses quo pacto luber. Dicta patina ab eo q̃ pateat.

Patella a patulo: vel πλατη fingo: vl ab πλατεια quę est latitudo vas latũ est cõdendis obsoniis aptũ. Nanq̃ seu parapsis. Moza. in episto. Nec modica cęnare times olus omne patella. poteſt tamẽ esse diminutiuũ a patina: quã nonnulli volũt esse sarragmem. Sed Iuue. diuersa ostendit/cũ inquit: Vrceoli pelues sarrago patelle.

Patioꝛ eris. passum verbũ cõmune/significat sustineo/tolero/equo animo fero. Dicimus enim Patioꝛ tolero te ⁊ patioꝛ abs te/tolero: abs te ⁊ patioꝛ abs te multa incõmoda. Cõpositꝰ huius verbi sunt Cõpatioꝛ/qđ est misereoꝛ: ⁊ cõstruitur cum datiuo. Perpetioꝛ/vehementer patioꝛ. Hiero. ad Algs. Intra se/bella perpetitur.

Patiẽtia est honestatis aut vtilitatis causa rerũ arduarum ac difficiliũ volũtaria ac diuturna perpessio.

Pathicus pe. coꝛ. a greco πασχω asp iratione detracta significat cũ qui se iniri turpi libidine patiť. Undé pathici pueri .i. passiui/patię puellę. Iuue. Ille tenet speculũ pathici gestamen othonis. Drauc⁹ đo q̃ nõ ꝓpria libidine/sed alteriꝰ alterũ init a faciẽdo dictus/quẽadmodũ a patiẽdo pathicꝰ Δραω q̃ppe facio significat. Qui aũt a draucis subigi delectantur: secq̃ eis sponte prostituunt cynedi dicunť.

Pathmos/insula in mari egeo q̃ sicut Pli. scribit libro iiij. patet circuitu. xxx. milibus passuũ: in qua Johannes apostolus exul apocalypsim scripsit.

Paucus a um. cõtrariũ est multo: ab eo fit dimi. Pauculus. Augu. lib. j. acad. Pauculis diebꝰ transactis postea q̃ in agro viuere cepimus/cum eo volui tentare pro qrare quid possent: A paucus fit paucitas.

Paup generis cõis: vel ꝑm aliquos ois /a paruo lare: vel vt inquit Varr. a parua pecunia: apud veteres etiã paupera. Plau. Paupera hęc res est. Vnde fiũt diminutiua pauperculus ⁊ paupercula.

Paupertas. Var. li. j. de lin. la. Pecunia quę erat parua ab ea paupertas dicta est. Paupertaťe quidã ab egestate ita distinguũt: vt egestas sit qñ ad victũ necessaria desunt. Paupertas qñ licet nõ sint opes: tamen necessaria suppetunt.

Pauperies/ipsa paupertas. Hoꝛ. Impiger extremos currit mercatoꝛ ad Indos. Per mare pauperiẽ fugiens per saxa per ignes.

Pauprinus pe. pdu. idem qđ paup. Var. Qđ si pauprina sint elegãtia ac cũ castimõia. Sidoniꝰ. Quin potiꝰ pauptin⁹ flagitatę cãtilenę culmꝰ imurmuret.

Paupero as. pauperẽ facio. Augu. super psal. Deros pauperes ditat: falsos pauperat diuites. Plautꝰ in mil. Quę imꝓba est mẽtis ꝓvitio dñm ꝓtio pauperat. Vnde depupo. Var. Priusq̃ domũ depauperaret sumptu suo.

Paueo es. paui. timeo. Hiero. ad Helio. Tũc ad vocem tubę pauebit terra cũ populis. Hinc pauesco timidus fio: a quibꝰ expaueo ⁊ expauesco. Aug. Sed ne repentinũ ouis expauesceret ⁊ lupũ.

Pauito as. pe. coꝛ. frequẽratiuũ/significat valde timeo siue valde frigeo. Teren. ni hecy. Vroꝛẽ philomelã pauitare nescio quid direrũt. i. laboꝛare ex frigoꝛibꝰ: vt exponit Ser. Vñ est reciꝓoca translatio: ⁊ timoꝛ ꝓ frigoꝛe: ⁊ frigus ꝓ timoꝛe ponit. Virg. Extemplo eneę solluuntur frigoꝛe membra.

Pauoꝛ vt ait Lice. lib. iiij. tus. est loco mouens mentez. Ex quo illud Ennij. Tũc pauoꝛ sapientiã omnẽ mihi expelleret ex animo.

Pauidus/qui semper timet: paueus qui ad tẽpus vl ex causa timet.

Pauo onis ⁊ pauꝰ paui/auis multiplicis coloris. Bel. Pauus e samo ꝑstãtioꝛ est. Traduť hãc auẽ nõ gloriosam solũ/sed maliuolã. Laudata expãdit colores aduerso marte sole. Fim: ũ suũ resoꝛbet inuidẽs boim vtilitati: cuiꝰ caro diutissime incoꝛrupta seruať.

Paueo is. pauiui. verbũ antiquũ. i. ferio/percutio/tũdo. Sũptũ est a grecis: qui παιειν dicunt pcutere. Li. de diui. Dz cũ qz pascũt necesse est aliq̃d ex oꝛe cadere ⁊ terrã pauire terripudiũ ꝓmo postea tripudiũ dictũ est. Vnde pauoꝛ qñ timoꝛ coꝛ pulsat ⁊ pausia oliue species. Col. Omne pozzo bzcuissimũ in rotũdo

e medio ad extremū solida terra pauita: marle si est argillosa ne estu ſrimosa in rimis eius grana oblite/scant. Hinc depuuio is ⁊ opuuio is. Lucil. Palmisq; misellā depuuit me. i. verberauit. Vñ oppuuia verbera dicūtur. Afra. Oppuuijs pueri coercent.

Pauimentū dicit ipm domus solidamentū siue incrustatio quā gradicdo calcamus a pauiedo /tundendo siue feriendo dictū: q dum fiunt pauimenta pluribꝰ simul diebus feriūtur. i. percutiunt tundunt virgis seu marculis vt solidiora sint: nec rimas faciant. Jue. Verre pauimentū ⁊ nitidas ostede colūnas. Cato Pauimenta ad hunc modū facito. De testa arida pauimentū struito. vbi structum est pauito fricatoq; oleo vt pauimentū bonū fiet. Multa autē pauimentorum genera fuerunt apud veteres. Erāt litbostrota paruulis coagmēta crustis. Erant subdiala a grecis inuenta que sub dio erant: ⁊ in aperto que vbi byemes gelant/sunt vtilia. Erant ⁊ asarota: de quibus papin. in syluis. Suberantq; nouis asarota figuris. Pli. appellat eusarota: quoniā purgamenta cene in pauimenta euerriri solent eu grece dicitur bene. σαι ρω verro. Fuerūt ⁊ pauimenta barbarica subtegulanea sculptura ⁊ grecanica.

Pauimento as/pauimentū facio seu pauimēto sterno. Unde pauimērata loca dicunt: in quibus strata sunt pauimenta. Pli. li. xxvii. Ergo pauimentādū vbi sata sit/censent: vt lachryma non absorbeat.

Pauimentitius a. um. qđ ex pauimento constat.

Pausa/genꝰ oliuę a pauiedo: qđ nō nisi pauiēdo. i. tundēdo oleū emittit: seu q anteq; mole subijciat tūdit.

Pausa ę. requies alicuius rei. Lucil. li. j. Hęc vbi dicta dedit/pausam fecit ore loquēdi.

Pauso. as. quiesco. a quo repauso: qđ est rursus requiē capio.

Paulū dimi. a parū: cuius sunt quattuor gradus diminutionis. s. paulū/paululū/pauxillū ⁊ pauxillulū. Teren. in phor. Erat ei de ratiūcula iampridē apud me reliquū pauxillulū nūmorū.

Paulus latina lingua medicus interpretat: greca quietus: vt dictus est paulus a primo spolio qđ contulit ecclesię a paulo videlicet Sergio proconsule/ quem apud cyprum conuertit ad fidē.

Paulisper aduerbiū. i. valde paulū tēporis.

Pauxillatim/significat a pocheto plau. in epist. Lepi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere.

Pauxillus dimi. a palus pali: vt inqait Prisci. Sed Cicero ad Brutū vult a paxillo palus fieri.

P Ante E

Pecco as. proprie significat adulteriū cōmitto/ dictus quasi pellico. i. cum pellice coeo. Unde peccatū pro adulterio/quasi pellicatus. Apud enim veteres peccatus tus. usq; ad Ciceros etatē durauit. Lice. Nemo ita viuebat: vt nulla eius vitę pars fūmę turpitudinis eet expers. Nemo ita in manifesto peccatu tenebatur: vt cū impudens fuisset in facto /tum impudentior videret/si negaret. Postea inualuit vsus vt peccatū tm neutro genere proferat: ⁊ generaliter de omnibus delictis atq; erroribus dicat. Lice. li. j. offi. passiuo vsus est/dum ait: Multa peccātur.

Peccatū ⁊ nomē ⁊ participiū esse potest. Teren. in eu. vtrūq; cōplexus est. Si id ē peccatū: peccatū ipsum dē tia est. Primū nomē: secūdū participiū est. Jñ peccatio: peccatissimus. Hiero. ad Ulga. Per ſuaricationē mādati incipiat mihi esse peccatꝰ peccatū.

Peciolus diminutiuū est a pede. Afra. Atq; adeo nolo nudo peciolo ambules. Et peciolus dicit quo fructus pender. Colu. lib. x. Cum iam matura mala fuerint anteq; rumpant: petiolus quibus pendent intorquetо. Idem ⁊ pedicinus dicitur.

Pecto is. pexui vel pexi vel pectui: pexi significat explico ⁊ pango capillū. Virgi. lib. viii. Pectebatq; ferū puroq; in fonte lauabat. Lice. in Catil. Qđ propriū est Catilinę de eius delectu: imo fo ꝺ ampiexu ac ei⁹ sinu quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut nō barbatos videtis. Trāsferr etiā ad alia. Nam ⁊ pectere citbarā dicimus: hoc est percutere ⁊ distendere pectine chordas. i. plectro. Pectere lanā/pectere vestes dicimus: a quo ⁊ vestes ipę pexę dicunt. Pli. Histrię liburnięq; pilo ppio: q; lanę pexis aliena vestibus: hoc est vestibus quę texunt. Nam in texendo pectinis morsibus vestes feriunt. Idem li. ix. Et ipa lupa pectitur ferreis hamis: donec omnis membrana decorticetur. Huius verbi cōposita sunt Depecto/ppecto/vltra in longū pecto. Ouid. de fas. Jlie manu mulcēs ,ppexā ad pectora barbam. Repecto /rursus pecto. Clau. Sparge diez meliore coma crinēq; reperi. Blandius elato surgāt temone iugales.

Peratꝰ q̄ veste pera indutꝰ est. Var. Peratꝰ pulchre.

Pectitus a. um. pe. cor. politus ⁊ subactus. Colu. Verum vbi iam puro discrimine pectita tellus.

Pecten/instrumentū pectorū dictū q fila in telis figat: a cuius similitudine ⁊ pecten dictus qui explicat capillos. Et pecten cratis dentatę genus stilis ferreis ad colendā terrā. Item pecten dicit pubes: hoc ē locus vbi pili apud veręda nascūt. Juue. Jngnina traduntur medicis iam pectine nigro. Dictus pectē: qa vt barba indetōsa pectine indigeat. Est ⁊ citbarę instrumētū. Virg. li. vi. Jā pectine pulsat eburno. Itē pectines siue pectūculi pisces sunt qui se ex aqua iaculantur sagittę modo: de quibus Hora. in saty. iiij. Pectinibus patulis iactat se molle tarentū.

Pectino as. pe. cor. Pli. Sunt genera terrę quoz vbertas pectinari segetē in herba cogat. Unde ⁊ pectinatum tectus dicit a similitudine pectinis in duas partes deuexū/vt testudinatū in quattuor.

Pectinatim aduerbiū/significat ad pectinis similitudinem factum.

Pectꝰ anterior pars aialis a gula vsq; ad vētrē hoc homini tm latū est: reliqs aialibus carinatū: dictū quasi pactus a cōpactis costis. Est em pectus costis cōpactum q̄ veluti firmamēta pectoris sunt: vel q presius sit inter māmas. Et non modo sufficit corporis: sed cor sub pectore significat. Juue. Nocte dieq; suū gestare in pectore testem. Hinc expectoro.

Pectusculū diminutiuū/paruū pectus.

Pectorosus a. um. qđ est magni ⁊ validi pectoris poeta in Priap. Nemo est feroci pectorosior marte.

Pectoralis ⁊ hoc pectorale/quod ad pectus pertinet: vt fascia pectoralis.

Pectoreū/genꝰ qđā vehiculi/quo vti galli solebāt.

Pecus udis. tā mas. ⁊ neu. q̄ fę. generis est. Ennius: Pecudi dare viuā marito. Lice. lib. iiij. de rep. Cum adhibeant in pecuda pastores. Declinat etiā hoc pecu. Solinꝰ ō situ Britānię. Ita pabulosa vt pecua nisi interdū a pastu arceāt ad periculum agat satietas. Similiter pecus pecoris eiusdē significati est: nā sive pecus udis. siue pecꝰ oris. dixeris/ significat oīe animal qđ sub bois impio e pabulo terrę pascit: vt boues/asini/equi/cameli/oues/capręq; hmōi. Itē elephanti. Pli. Qui cum elephanto cōgressus gemino ictu pecudē exanimauit. Var. li. ij. de re rus. Qui gregem armentoz emere vult/obseruare debet primū vt sint bę pecudes etate potius ad fructus ferēdos integre q; iam experte. Jnuenit tm pecꝰ oris. p multitudine pecoz seu pecudū. Virg. Dic mihi dameta cuiū pecus/an Melibei? Idem: Caprigenūq; pecꝰ nullo custode per herbas. Interdū pro oue. Pli. li. viij. Est in hispania sed maxime corsica non dissimile pecori genꝰ musimomū capriuo villo q; pecoris vel/

lēri ꝓpius. Quintil. Cur in vsum vestrū sepe pecori lane detrahunt. Interdū dicit de omni animali qđ humana lingua ⁊ effigie caret. Virgi. Ignarum fucos pecus a ꝑsepibus arcent. Hora. Omne cū ꝓtē pecus egit. Pecus udis. ꝓ oue ponit. Pli. Ipsi⁹ animalis cāta narrat clemētia aduersus minus valida: vt i grege pecudū occurrēria manu dimoueat/ ne qđ obtērat imprudēs. Item de quocūq; animali ꝓter hoīem dicit Virgi. lib. iiij. geor. de apibus loquens Et pecudū custodia solers. Lucil. de piscib⁹ Ꝓter ea genus humanū multeq; natātes Squammigere pecudes. Dicturq; pecus (vt docet Var.) a pes ꝙ pedibus sine rōne bruta ferantur.

Pecorinus a.um. qđ est pecoris: vt pecorina caro. Similiter pecoreus a.um. ⁊ pecudinus a.um. vt pecorea siue pecudina pellis. Dicit ⁊ pecuinus a .um.

Pecorarius/qui pecua siue pecora publica redimit: vt inquit Asco. Romani em̄ vetustiores nihil in bonis aliud ꝗrer pecudes habebāt. Est etiā pecorarius qui pecorū curam habet. Augu. lib. xv. de ciui. dei. Vicerat pater habitantiū in tabernaculis pecorariorum. Idem pecuarius dicitur.

Pecuari⁹/qui pecorū curā habet. Lice. ꝓ deio: Ut nō solū tetrarcha a nobilis: sed etiā optimus paterfamilias ⁊ diligētissim⁹ agricola atq; pecuari⁹ habereť.

Pecuari⁹ a.um. qđ ad pecus ptinet. Plau. in tru. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Col. li. vij. Pecuarius canis neq; tam strigosus aut pernix debet eē q̄ damas ceruosq; velocissima sectanť animalia.

Pecuaria dicunť ab eo qđ est pecuare ⁊ per apocopen pecuar: nam pecua (vt inqt Lice. in pōpeiana) ab eo qđ est pecu venit: vt genu/genua: ⁊ significant nō solum pecorū multitudinē: vt apud Pers. Findor vt arcbadię pecuaria rudere credas. Lice. lib. iiij. ad herē. Nā cū canes fūgūt officijs lupor cuinā ꝑsidio pecuaria credemus? verūetiā oia ex qbus po. ro. haberet redditus: qr diu hoc solū vectigal romanis fuit.

Pecuaria ę. dicit scientia parandi ac pascēdi pecoris vt fructus ex eo capiat. Quę ⁊ res pecuaria dr. Varro li. iij. de re. rus. Tres libros cōstitui e quis duos scripsi. Primū ad Fundaniā vxorē de agricultura. Secundū de pecuaria ad Turaniū nigrū. Est ⁊ pecuaria locus in quo pecorū greges cōsistūt. Var. lib. ij. Cuius nobiles pecuarię in brutijs habenť. Idem: Non quo nō ego pecuarias in italia non habeā. Item pecuaria ꝓ pecorū multitudine. Var. lib. iij. Duo genera cum sint pastionū. Unū agreste in quo pecuarię sunt: alterū villaticū: in quo sunt gallinę ac colūbe et apes ⁊ cętera quę in villa solent pasci.

Pecuariā rem facere/significat armēta gregesq; alere: quę res ad scientiā pastoris pertinet.

Pecunia a pecore siue a pecu dicta est: qr ois pecunię pecus fuit fundamentū. Col. li. vij. In rusticatiōe vł antiquissima est ratio pascēdi eadē q̄stuosissima ꝓpter qđ noīa quoq; pecunię ⁊ peculij tracta videnť a pecore: qđ non solum veteres possederūt: sed adhuc apud quasdā gentes vnū hoc vsurpať diuitiarū gen⁹ Pli. li. xxxiij. scribit pecuniā sortitā esse nomē a nota pecudis: qm̄ antiquitus nūmi effigie pecudis signabantur. Hinc Plutar. in publicola asserit in vetustissimis nūmis signū fuisse ouis ⁊ suis bouisq; conspectum. Pecunię ꝙ noīe: vt inquit Hermogenianus non modo nūmi: hoc est numerata pecunia: sed oēs res tam solidę q̄ mobiles: ⁊ tam corporā q̄ iura continenť. Huius diminutiuū est pecuniola.

Pecuniosus/quasi pecunię plenus. Hoc est pecudum: sicut locuples/loculis plenus.

Pecunialis ⁊ hoc pecuniale/qđ ad pecuniam pertinet. Aug. li. vij. de ciui. dei. Raro tū inuenies qui nō habeat artē suā pecuniali mercede venalem.

Pecuniarius a.um. qđ ad pecuniā pertinet. Ambro. li bro. j. offi. Ille pauper ꝙ cōfert spiritalia ꝓ pecuniarijs etsi plurimū habeat gratię/non abūdat.

Peculiū a pecore siue a pecu: qđ alicuius est. Ūñ apud maiores omne patrimoniū dicebať peculiū: qr pecoribus vniuersa eorū substantia constabat. Unde ꝑm Ser. Pecunia dicta est a peculio: ꝓpie autē significat quicquid alicui⁹ est laboze ⁊ industria partū ⁊ lucrifactū est. Lice. in parado. An eorū seruitus dura est qui cupiditate peculij nullā conditionez recusant durissime seruitut. Et Celsus iurecōsul. scribit pecuniam sine peculio fragilē esse. i. sine lucro. Hinc peculium castrense dicit qđ a parētibus ⁊ agnatis in militia degenti donatū est: vel qđ filius in militia acquisiuit/qđ nisi militaret/acquisiturus nō fuisset. Huius diminutiuū est peculiolum.

Peculiaris ⁊ hoc peculiare/qđ ad peculiū pertinet: vel qđ peculio deputať: seu qđ peculij ꝓprium est. Plau. in asi. Etiā opilio q̄ pascit inter alienas oues aliquā habet peculiarē/q̄ spem soleť suā. Sed in vsu iam receptū est: vt peculiarius ꝓprius/siue specialis/siue ꝓcipu⁹ dicať ne cum alijs cōis. Sue. in Cesa. Ꝓterea monetę publicisq; vectigalibus peculiares seruos ꝑposuit. Hinc aduerbiū peculiariter/specialiť/ ꝑcipue. Pli. lib. xx vij. Epiphorus peculiariter imponitur: quasi singulariter ⁊ eius ꝓpria virtus. Quintil. lib. viij. Qđ cōmune ⁊ alijs nomen intellectu alicui peculiariter tribuit: vt vbē Romā venales nouicios ⁊ corinthia ęra cum sint alię vbes quoq; ⁊ venalia multa ⁊ tam aurū ⁊ argentū/q̄ es corinthium. Et peculiare ꝓ re seruili ponit. Ulpia. Si peculiare vinum legatū sit: id contineri qđ serui habuerūt. Peculiaris seruus dicit a peculio/qđ ꝓprie seruorum est. Unde labeo. Paterfamilias peculiū habere nō potest/quemadmodū nec seruus bona.

Peculiosus/q̄ peculiū multū habet. Plau. in Rudēte. Peculiosum esse decet seruū ⁊ pbū/quē bero ꝑsente ꝗtereat oratio: aut qui inclementer homini libero.

Peculor aris. ⁊ depeculor/significāt ea q̄ ad rempublī. seu principē pertinent furor. Hinc peculator ⁊ depeculator/qui tale furtū facit.

Peculat⁹ us. pecunię publicę aut principis furtū /sicut sacrilegiū rerū sacrarum.

Peculio as. quēpiā peculio multo. Plau. in psa. Scel⁹ tu puer atq; ob istā rem ego aliq̄d te peculiabo.

Pedes dicunť q̄bus vtimur in gradiēdo. Cuius singularis est pes. Pes autē totū dicit qđ est a femore ad calcē. Diuiditurq; in coxēdicē/femur/genu/femē/poplitē/crus/surā ⁊ imū pedē/q̄ calx appellať: ⁊ diuiditur in cōuexū pedis: q̄ pars superior est: ⁊ calcaneū/q̄ est pars posterior. Item in volā q̄ ē pars medij pedis caua. Plantam quę pars tota inferior est. Digitosq; ⁊ vngues: a vola pedis indita sunt cognomina plantis/plotis/scauris/pancis: de quibus locis suis. Aliquādo pedes ponit aduerbialiter: qđ ꝓ pedib⁹ quādoq; dicit. Sue. in Cesa. In agmine nōnunq; equo/ sępius pedibus anteibat. Curtius. Pedes agmē circuibat. Quoniā ꝙ istādi fundamentū pes est: factū est vt in ędificijs area pes magnus dicať. Pes etiam mensurę genus est/quo mensuranť terrę ⁊ cōtinet digitos. xvj. ⁊ multiplicatus in passus ⁊ actus ⁊ climata ⁊ iugera ⁊ stadia centuriasq; mox etiaz in maiora spacia ꝓcedit. Item funis quo in naui tendit velū ⁊ vulgo podia dicit. Virgi. li. v. Una oēs fecere pedē. Plau. etiā remos nauū pedes appellauit. Item pes est metrica constructio syllabarū: vt spondeus/dactylus. Virg. Ferte simul/faunique pedē. i. metricā cōpositionē. Ūñ pedestris oratio dicitur numerosa: ⁊ ꝑ rationē metrica cōpositā ꝙ pedis officio fungať. Nā sicut pedibus moueri corpora videmus: ita versus

ſpſi cum ſcandunt quibuſdã quaſi pedibus videntur incedere. Seu q pedali regula vtimur adverſus mẽ ſurandũ. Metra enim per pedes incedũt. Vñ metimur heroica: z dicimus ea ſex pedũ eſſe. Metimur ſapphica: z dicimus q̃nq; pedũ z ſic de cęteris. Præterea pes vocat fędũ capitis animal a mĩlitudine pedum. Plau. in cur. Ut muſcę/culices/ pedeſq; /puliceſq; odio z malo z moleſtie bono vſui eſt nulli. Huius diminutiuo frequẽtius vtimur. ſ. pediculus. Vnde pediculoſus z pedicularis. Fit autem pes a græco ποῦς: a quo fiunt multa cõpoſita.

Pedem ſtruere veteres pro eo vſurparũt/qđ eſt fugere z pedem retro ferre retrocedere.

Pedes itis. miles qui pedibus militiã exercet: ſic̃ eques qui equo militiã exercet.

Peditatus us. peditũ copię: ſic̃ eq̃tatus/equitũ copię.

Pedeſter/q̃ pedibus iter facit. Apul. Qui mõ in exercitũ ꝓfectus eſt pedeſter. Dicit etiã hic z hęc pedeſtr̃ z hoc pedeſtre: vt pedeſtris exercitus/pedeſtres copię/pedeſtria agmina. Dicimus etiã pedeſtrẽ acceſſũ qui a peditibus fit z nõ equitibus. Aug. li. j. de ciui. dei. Aliaſq; deſidia maris pedeſtri acceſſu per vias factas ventis ac procellis euerſas eſſe ciuitates.

Peda z pedatura/veſtigiũ humanũ.

Pedo as. i. vado: a quo repedo: qđ eſt quaſi pede itero redeo. Hiero. in lib. mach. Heliodorus recepto exercitu repedabat ad regem. Eſt z impedio: de quo alibi. Pedare etiã eſt viti vel alteri arbuſculę ſuſtẽtaculum adhibere. Vnde vineę pedatę dicunt. Plĩ. Aut pedatę vineę ſimplici iugo. Col. li. v. Pedatã vineã tugatãq; ſequitur alligatoris cura.

Pedatus a. um. qđ eſt ſuſtẽtaculo firmatũ: vt vinea pedata. Q̃nq; etiã pedatus a pede humano: vel de aliq̃aiali ſic̃ a manu manuleatus. Sue. de Othone fuiſſe traditur z modice ſtaturę z male pedat⁹/caluuſq; id eſt diſtortis pedibus.

Pedatio dicit qñ pedamentis vinea fulcitur.

Pedato aduerbiũ poſitũ eſt ꝓ repẽte vel acceſſu quaſi ꝓ pedẽ: ſicut vulgo dr. Cato. li. j. orig. Igit tertio pedato bellũ nobis facere. i. tertio reuerſi.

Pedamẽ z pedamentũ/ſuſtentaculum qđ alicui arbuſculę adhibetur ſicut palus quo vitis ſuſtentat. Plĩ. Caſtanea pedamentis omnibus prẽfertur. Col. Pedaminum/iugerumq; z viminum proſpiciendorum tradenda ratio eſt.

Pedatim aduerbiũ. Plĩ. lib. rj. Leo tũ z camelus pedatim gradiuntur: hoc eſt vt ſiniſter pes nõ tranſeat dextrum/ſed ſubſequatur.

Pedibus aduerbialiter protulit. Cice. cum inquit: Ingreſſus iter pedibus.

Pedicinus/idẽ eſt qđ pes: ſimiliter z pediolus.

Pediolus dimi. paruus pes: ſiliter z pediculus.

Pedẽpſſim/tarde paulatim/q̃ſi lẽta z tarda itione.

Pedetẽtim aduerbiũ cõpoſitũ a pede z tento as. Cice. Sin min⁹ lenſim erit pedetentimq; faciendũ. Teren. in phor. Dij benevertant qđ agas pedetẽtim tamẽ: qđ Dona. exponit pro caute.

Pedalis z hoc pedale/qđ eſt ꝓ pedis: vt menſura pedal'. Col. li. iij. Pedale quoq; verſus ſpatiũ ſat erit inter ſemina relinqui. Idẽ: Scrobiculis pedalib⁹ factis.

Pedaneus a. um. idem qđ pedalis. Col. lib. v. Et ideo in maritãdis arboribus nemo minorẽ pedanea ſcrobem vitibus cõparat. Hinc bipedaneus/tripedane⁹ z hmõi. Col. li. j. Bipedanea hum⁹ arboribus quatuor pedum abunde eſt. Et lib. iiij. Tripedaneis relictis ſpacijs p q̃ ſemina excolunt. Et lib. v. Semipedaneã cõſutis reſolutã vitibus terrã ſubiacere.

Pedaneus/iudex qui a prẽſide conſtituit vt minora iudicia diſcernat/q̃ is magiſtrat⁹ non vehat curru/ſed pedibus proficiſcatur in forũ.

Pediſſequus z pediſſequa/famulus z ancilla qui z quę dñm ſeu dominã ſequitur.

Pediculus dimi. paruus pes. Plĩ. Pollia ſunt lolligo ſepia polypus pediculi octoni omnib⁹. Hinc pediculi vocantur quibus fungi pyra/mala z hmõi ſuſtinentur. Idem: Tutiores ſunt fungi cum carne cocti/aut cũ pediculo pyri. Hinc pediculata poma quę pediculos habent quibus ſuſpendi poſſint. Itẽ pediculus/vermis in capite. Pediculi quoq; terrę ſcarabei terreſtres ricino ſiles. Sũt z maris pediculi a ſimilitudine pediculorũ capitis q̃bus ad varia medicamenta vtuntur. Itẽ pediculi populi in calabria.

Pedicoſus ſiue pediculoſus cũ deducit a pes ſiue a pediculus/qui eſt capitis vermis ponit pro eo q̃ eſt plenus ipſis vermibus. Plau. Pedicoſus ſqualliduſ/vbi me vidit/caput ſcabit. Qñ do a pedo: ſcribit cũ diph. z ſignificat mali odoris eſt. Var. de re ruſ. Solida terra pauita/ maxime ſi eſt argylla/ne ſitu pediculoſa eius gratia obliviſcant.

Pedicularis z hoc pediculare/qđ ad pediculos capitũ vermes ptinet. Vnde pedicularis morbus quo corpus pediculis ſcatet. Hũc morbũ greci phthiriaſin appellant. Nam phthira pediculum dicunt. De hoc Serenus: Noxia corporibus quędãe corpore noſtro: Progenuit natura volens abrũpere ſomnos. Sẽlib⁹ z monitis vigiles inducere curas. Hoc morbo interiit ſylla romanus ciuis.

Pedica pe. cor. a pede/ſignificat laqueũ quo pedes illigãtur. Virgilius lib. j. geor. Tum gruibus pedicas z ꝓtenta ponere ceruis.

Pedio is. veteres vſi ſunt pro eo qđ eſt pede pulſo z q̃ſi plauſum reddo: a quo fiũt cõpoſita/cõpedio/impedio z ꝓpedio: de quibus locis ſuis.

Pedanẽ inquit Palladius lib. iiij. Sup nudũ inducimus z aſſiduo vecte denſamus pedaneũ.

Pedarij/q̃ in ſenatu ſententiã non dicunt/ſed ab alio dictam cõprobant/mouentes ſe de loco z in partẽ ei⁹ q̃ dixit ambulãtes: propter qđ qui ita faciunt ire in ſententiã pedibus dicunt. Et ab actu trãſeũdi pedibus in aliena ędilia pedarij ſunt appellati. Cice. ad Attic. Inde in ſententiã pedarij cucurrerunt. Sententia eorum pedaria appellatur. Gellius tamen pedarios exiſtimat dictos fuiſſe ſenatores qui ꝓ magiſtratum curulium nondũ ceperant pedibus in curiã ꝓficiſcebãtur: nam qui curulẽ magiſtratũ geſſiſſent/curru vehi ſolebant.

Pedũ paſtorale/baculũ ſeu virga incurua/qua pecudũ pedes detinentur. Virgi. At tu ſume pedum qđ mecum ſępe rogaret. Eſt z pedũ oppidũ non longe a ꝓneſtinis: a quo pedani populi. Liui. lib. viij. Hęc tamen niſi admodum a paucis populis pedam aduti ſunt tyburtes ꝓneſtiniq;: quorum ager propior erat pedum peruenere.

Pedo is. pepedi/crepitũ ventris emitto. Hora. in ſer. Nam diſploſa ſonat ꝓtum veſica pepedi. Huic cõpoſitũ eſt oppedo. penul. pro. quod eſt contra pedo. Idem in eodem. Vin tu curtis iudeis oppedere nulla mihi vnq̃ religio eſt.

Pegaſus pe. cor. equ⁹ alatus perſei ἀποθεωθέντος id eſt a fonte/q̃ iuxta pegas. i. fontes oceani nat⁹ fuit vbi gorgones habitabãt: hunc Hyginius z alii cõplures neptuni z meduſę filiũ dixere qui in cęlũ euolauit: ibiq; inter ſidera conſtitutus eſt. Arcticum circulum ſpectans pedibus eſtiuo ortu adnix⁹: extremore caput delphini tangens z aquarij manũ dextraz ceruici ſuę adiungẽs. Alij ex Meduſę ſanguine quaz perſeus interemit natũ aſtruũt hic volauit in helicona vbi ſaxum vngula feriens fontem aperuit: z ex eo hippocrenen: id eſt fons equinus eſt appellatus. Sed hic apud pyrenen fontem corinthiũ captus eſt. Vn-

de Strabo. Fama est equum pegasum cum potaret hoc in loco a bellorophonte deprensum fuisse. Alatū inquā caballum e medusę ceruice ⁊ de gorgonis execto gutture prosilientē. Hoc equo vsus est bellorophontes in expeditione contra chymerā: vulgatū est ⁊ caballinū fontē in helicone erupisse cum subiectam sibi tellurē feriret vngula. Hinc pegase⁹ a.um. Persius. Pegaseum melos. Pegasus etiaz dicebaꝫ instrumentū in domibus super quo tanꝯ iumento vestes ⁊ similia tenerent suspensa. a pegaso poetico traductione nominis excogitata. Fuit ⁊ hoc nole vir iurisperitus. Unde ⁊ pegasianū senatusconsultū. Pōpo. de origine iuris. Fuit ⁊ pegasus triarchi filius cuius nauis pegase monumentū accepit.

Pegasides pe.cor. musę dicte sunt a fonte qui pege dicitur: quē pegasus ictu vngulę fingit aperuisse. Ouid. Et mihi pegasides blandissima carmina dictāt. Item pegasides nymphę q̄ ⁊ naides. Idem Pegasis oenone phrygię celeberrima syluis.

Pegasa/thessalię oppidū: qō postea Demetrias dictū est: propter qō nauis lōga argonautarū pegasea nūcupatur ꝙ Jason qui eam ędificauit /fuit filius Esonis fratris Pelię regis thessalię. Ouidi. Jamq; fretū minye pegasea puppe secabat. Hinc pegasicus sinus in thessalia est appellatus. ¶ Ascen. Verius tamē pagata dicit ⁊ pagaseus: sed a pagaso equo pegasides musę pe.cor. vt Ouidius docet.

Peganon πηγανον latine ruta herba.

Pegma atis .quod ⁊ pecma dicitur grecum est. απο του πηγνυμι: quod est pango ⁊ extruo. Est autē machina quędam lignea in qua statuę collocātur: ⁊ quasi figuntur ad illas sustinendas. Interdum pegmata cum ludicris producebantur cum puerie etiā considentibus ex lignis ⁊ tabulis quę constabant vario picturę genere.

Pegmatis formā. Sene. ad Lucil. his vbis describit: His annumeres licet machinatores qui pegmata pse surgentia excogitant ⁊ tabulata tacita in sublime crescentia ⁊ alias ex inopinato varietates/ aut debiscentibus quę cohęrebant/aut quę distabant sua spōte cohęrētibus/aut his quę eminebāt paulatim in se residētibus. Josephus lib. vū. de bel. Judaico. Maxime autem stupor erat machinarū quę portabantur siue pegmatū fabricatio: pro quorū magnitudine viribus portantiū occurrētes timebant. Multa enim in tertium nidum/quartūq; surgebant ⁊ magnificentia fabrice cum admiratione delectabat. In his machinis simulachꝝ belli representatū fuisse significat: vt alij fugere/alij capi viderent: ⁊ per singula pegmata dux captę vbis agebatur: ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabant a Suetonio pegmates vocātur. Tradunt Claudiū abiecisse aliquādo bestiis qui pegma in scenā parum feliciter produxissent. Pli. lib. xxiū. Princeps Caius in circo pegma duxit in quo centū ⁊ vigintiquattuor argenti pondo fuere. Festus scribit pegmata esse aut ędificia/aut marmore ornamēta quę vt plurimū in atrijs q̄q; in porticibus/aulisq; affigunt/maiorū aliorūq; fortiū virorū gesta certius q̄ pictura ostēdentia.

Peiero as. pe.cor. falso ⁊ animo fallendi iuro/seu iuramentū infringo. Ex per ⁊ iuro/abiecta r ⁊ u longa in e breue conuersa. Plau. in asi. Nam si quid fecit scelestę pro illo lingua peierat. Lactā. li.j. Ergo aliqua potestas est quę peierantes deos puniat. Dicimus ⁊ periuro as. quod periurus probat ⁊ periurū.

Peior ⁊ deterior differunt/ꝙ peior a malo dicatur: deterior a melior: id est minus bonus.

Pelagus penul. cor. re. tam masculini q̄ neutri generis profundum maris significat. Val. Flaccus lib.j. Quātū terrę/quātū cognoscere cęli permissum est pelagū quantos aperimus in vsus. Hinc pelagicus apum. Col. lib. ix. Ceteri saratiles autē pelagici iacta ex his: sed recentibus melius pascūtur.

Pelagia dicit purpura a pelago a quo ⁊ succus ei⁹ pelagium vocatur.

Pelamis idis. generis fg. genus piscis thynni: nam pelamides primo: sed cū annuū excessere tempus thynni vocātur. Victus ꝙ in luto moretur απο του πηλου. a luto. Juue. Siccus petasunculus ⁊ vas pelamidū. Pli. lib. xxij. Pelamidū generis maxima apoplectos vocatur.

Pelargus grece/latine ciconia dicitur: sicut testat Ambro. libro. Hexa.

Pelasgia/regio grecię circa extremā partez macedonię versus achaiaz: olim thessalia dicta: inter duo maria egeū ⁊ Joniū platani folio similis excurrit ꝓpter angulosos recessus: a quo pelasgi populi quasi pelargi id est ciconię: quoniā errabundi ritu ciconiarū ꝓpter mīras natiōes iuerūt: vl pelasgi a pelasgo iouis filio

Pelethronius/oppidū thessalię: vbi primū domandorū equorū vsus inuentus est.

Pelethronius/nomē eius qui primus (vt scribit Pli.) frenos ⁊ strata equorū inuenit.

Pelops Tantali filius qui curruli certamine contēdit cum enomao. Qui cū didicisset ex oraculo se tūc moriturum cum filia nupsisset: multis illam petentibus proposuit certamen quo victus interficeretur: victor filiam duceret vxorem. Equorum instituit cursum ad aram Neptuni: quę est in isthmo corinthiaco: cū plures equorum: quos permissimos habebat velocitate superasset/superatosq; peremisset: is equorum permicitate vicit enomaū: abduxitq; ex pacto vxorē hippodamiam. Hinc pelopide dicti qui a pelope originem duxerunt.

Pelopeius a.um. possessiuus. Unde fabula de pelope scripta/pelopeia dicta ē. Juue. Prefectos pelopeia facit philomela tribunos.

Peloponnesus/regio achaię a pelope hippodamie viro dicta ⁊ tantali regis phrygum filio: quasi pelopis insula: quoniā pene insula est. Qui superato enomao hippodamię patre in certamine torū illud regnū in dotem accepit: ⁊ ex phrygia secū in eā regionē duxit populū. Nec apie ante appellata ⁊ pelasgia peninsula haud vlli terrę nobilitate posterēda circuitu .ccc. lxiū. miliū passuū colligitur: angustię sex miliū fame nisi erūpentia e diuerso/quę dicta sunt maria. Hinc corinthiacum: illinc saronicū sinum efficiunt. In peloponeso sunt argos/mycene/corinthus Lacedemō parte. Malea promontoriū. Epidaurus/regiones/ archadia/Sicyonia.

Peleus/nomen patris achillis. Unde ⁊ pelides achilles dict⁹ est. Hephestion interpres sophoclis tragici in aiace tragedia αιακοσ υιοσ Διοσ εξ αιγιρησ πηλευσ και τελαμων εξ αιακου ων αχιλλευσ και αιασ και αιαντοσ παισ ην ευριπακησ.

Pelias adis. hasta qua achilles solus vtebat.

Pelion/mōs thessalię. Ouid. Pelion hemonię mōs est obuersus in haustros. Summa virent pinus: cętera quercus habent.

Pella/vrbs macedonię fuit i littore egei maris illustrata maxime natalibus Philippi macedonū regis et alexandri. Unde ⁊ vterq; pelleus dictus est. Juuen. Unus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Pellax/q̄ ꝓ blandicias decipit. Virgil. Inuidia post⁊ pellacis vlysi. Inde pellacia/fallacia. Idem lib. iiū. geor. Verū vbi nulla fugā repperit pellacia.

Pelliceo ces. pellicui raro habet. Pelliceo is. xi. pellectum/blandiendo decipio. Unde pellect⁹/crebro ꝓ pellicio. Teren. in Phor. Is senem per epistolā pellexit. Cōponitur q̄ ex ꝓ ⁊ lacio/mutatis r in l ⁊ a in i.

Fest⁹: Lacit/decipit/inducit. Lax lacis ꝙ fraus est. A lax siue lac laceo esse: ꝯuis verba a laceo cõposita z fraudis z lactis participẽ significationẽ habeant. Unde z lacto as. propter quod z in bonam partem z in malam accipi possunt: vt allicio/elicio et alia. A pellicio fiunt pellax/pellicator/pellicat⁹ et pellex. Est z perliceo siue perlicio: q̃ vsus est. Liui. li. iij. si text⁹ non est viciatus. Negociũ inquit datur: vt quos q̃sq; posset ex collegio tribunorũ ad intermissionẽ perlicerent. Pellicio tamẽ z pellexi z pellect⁹ magis in vsu sunt q̃ pliceo. Perlect⁹ in ista significatiõe nequaq̃ haberi puto/sed pellect⁹ tm̃/ne a perlego putaretur.

Pellicator/qui ad fraudem pellicit.

Pellex vt inquit iurisc̃onsultus illa vulgo appellat: quę cum eo cui vxor sit corpus miscet. Inde apud oratores z poetas pellex non tam viri q̃ vxoris nuncupatur. Cic. Uxor generi/nouerca filij/filię pellex. Sue. de Cesa. Prętereo actiões Dolobellę: in quibus eũ Dolobella pellicez reginę dicit: Cõcubina quę cũ celibe viro sine nuptijs locũ tenet vxoris quã greco vocabulo παλλακην pallacen appellamus. Sue. de Uespa. Inde quieti vacabant accubante aliqua pallacarum quas in locũ defuncti genitis plurimas constituerat. Justinus quoq; cyri pallacen noiat licet vitio librariorũ pellicẽ scriptũ reperiat. Pellex latinũ nomen est a pellicio: qđ est blandiendo decipio: quia blandiẽdo virũ ab vxore seducit. Cice. in Sal. Omnium cubiculorũ pellex: z idem postea adulter. i. puer ledebas alienas vxores preripiẽs eis maritos: vir postea lesisti maritos prępripiens eis vxores.

Pellicatus us. actus quẽ pellex exercet: sicut cõcubinatus quem cõcubina.

Pellene pe. pro. oppidũ achaię inãt Stra. A quo pellenei populi.

Peligni populi marsis finitimi: quorũ metropolis est sulmo. Pelignum enim est vbs ex qua Ouidi. duxit originem: sicut ipse testatur Peligne gẽtis gloria dicar ego.

Pelluceo/per mediũ luceo. Juue. Cretice polluces.

Pelorias idis. genus cõche. Hora. in Ser. Murice baiano melior lucrina pelorias.

Pelorus pe. pro. promõtorio sicilię italiã versus a Peloro gubernatore nauis. Annibalis ibi sepulto. Põpo. Annibal fugiens ex aphrica cum ad has angustias deueniret seuiẽtis pelagi z proditũ se putasset pelorũ gubernatorẽ nauis occidit z tumulauit. De hoc promontorio Luc̃. lib. ij. Extremi colles siculo cesserę peloro.

Pelorius/latine excelsus z vastus. Quo nomine dict⁹ est polyphemus ab Homero.

Pelicanus/auis egyptia: nascit in solitudinibus marime nili fluminis. Duo autẽ sunt pelicanorũ genera: vt docet Hiero. Unũ volatile: aliud aquaticũ: z latine dicuntur onocrotali: greci πελεκανος nos pelicanos. Ut aues tanq̃ colaphis rostrorũ dicũtur occidere paruulos suos: eosdemq; in nido occisos a se lugere per triduũ. Postremo dicunt matrẽ seipsam grauiter vulnerare: z sanguinem suũ super filios fundere: quo illi superfusi reuiuiscũt. Hiero. ad prędictũ sic habet. Pelicani cum suos a serpẽte filios occisos mortuos inueniunt/lugent et se/z sua latera percutiunt: z de sanguine excusso ad latera corpora mortuorum se reuiuiscunt.

Pellis dicitur cum est a carne separata: quę cutis antea dicebat. Juue. Habes deformẽ pro cute pellẽ. dicta pellis: vt quidã putant: a pellendo q̃ externas iniurias tegendo repellat. Hęc postq̃ cõcinata est ad calceos z cętera opera facienda aluta dicitur. Varro: Pasceolus saccus est ex aluta factus. Hui⁹ diminutiuum est Pellicula.

Pellesuina/locus vbi pelles venduntur.

Pelliciũ vel pellicea vestes ex pellibus. Hiero. contra Joui. Detecti in vallem lachrymarũ tunicis cõlutis z pelliciis vestirentur.

Pellicius a. um. qđ est ex pelle: vt vestis pellicea.

Pellitus a. um. pe. pro. qđ pelles habet. Proper. Pellitos habuit rustica corda patres.

Pelliculo as. penũ. cor. pellibus obturo. Col. Uas oppulatum pelliculant.

Pelliones qui vestes pelliceas z alia ex pellibus opera faciunt.

Pello as ꝯuis non sit in vsu: habet tamen composita: Appello/cõpello z interpello.

Pello is. pepuli pulsum. i. percutio/ferio. Teren. Quinam a me pepulit tam grauiter fores? Aliquãdo abigo/extrudo. Plau. Pelle animo timorẽ mox aderit gnat⁹. Hui⁹ cõposita sũt abpello siue aspello/ appello per duplex pp. cõpello/depello/dispello Expello/impello/,ppello: qđ est a longe pello/amoueo. Sal. Collegam suũ Antoniũ pactione prouincię propulerat ne contra rempu. dissentiret. Aliquãdo significat vitraduco. Col. lib. ij. Cum ventum erit ad versuram in priorem partẽ iugũ propellat. Perpello/ perfecte pello/induco. Liui. lib. j. Incensam multitudinem perpulit: vt imperiũ regi abrogaret. Repello/ retro pello: a supino pulsum fit frequentatiuũ pulso as. Antiqui etiã dixerunt pultum: a quo pulto as.

Pelta/scutũ breuissimũ in modũ lunę iam medię. Uirgi. Ducit amaçonidũ lunatis agmina peltis. A quo nomine postea peltaste pedites appellati sunt: q̃ ad motum concursumq; leuiores erant.

Peluis quasi pede vis: vt Uar. inquit: A pedum lauatione. Alij peluim sinũ aquarium putant: in quo varię res perluuntur.

Pelluuiũ z pelluuia fgminino genere vas quo lauãtur pedes: sic malluuiũ z malluuia/ vas quo lauant manus Dictũ pelluuiũ a pelluendo: hoc idẽ polubz dicitur. Labrũ cõmune est: qđ vulgo dicit bacille: similiter z peluis.

Peluſiũ vnũ est ex ostijs nili z ciuitas prope in quadã egypti parte quę augustanica appellata est ,ppe thebaidem. Hanc vbẽ condidit Peleus achillis pater monitu deorũ post lustrationem. Eo enim tempore Peleus furijs agitabat: quia fratrem Focum interemerat z purgari querebat. Hinc fit peluſius a. um. pro peluſiacus a. um. penul. cor. Mar. Accipe nilia cam peluſia munera gentem. Uirg. lib. j. geor. Hec peluſiace curam aspernabere lentis.

Peluſiote/populi peluſium habitantes. Hiero. cõtra Joui. Impelle si vales peluſioten vt mãducet cepe. Idem in Pãma. Peluſiotas nos apppellãt z luteos animales; z carneos.

Pendeo es. pependi pensum/significat in sublimi siue suſpensum esse. Tractũ a pennis auiũ. Uirgi. In cuſtisq; rubens pẽdebit sentibus uua. Plau. in asi. Mundus vinctus centum pondo es per pedes quãdo pendes. Hinc p translationẽ pendere pro sustentari ponitur. Ouidi. Pendet z a vestra nostra salute salus. Quandoq; pro cruciari z in pena esse. Et sic construitur cum genitiuo vel ablatiuo. Cice. lib. j. Tul. Q̃ si expectando vel desiderando pendemus animis/cruciamur z angimur. Idẽ in Mort. Et qui expectat/pẽdet animi. Et pendere dicitur qui nimio desiderio alicuius rei in cẽtus cessat ab omni alio opere: z id vnũ solicitus expectat. Ouidi. Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Uirgi. Dum consulta petis nostroq; in limine pendes. Itẽ dubitare. Sene. Pendet animis z in diuersa trahit. Item cessare. Uirg. Pendẽt opera interrupta minęq; murorũ ingentes. Hui⁹ cõposita sunt: Appendeo/dependeo/impẽdeo/propẽ/

deo ⁊ suspẽdeo: qđ est supra pendeo. Col. lib. v. Rusticos subigere iugo palmã ⁊ ita collocare vt sol minime suspendat. Interdũ est mediocriter vel quasi imminere. Cice. Peto. Quid ipsa res modo honesta/modo turpis suspendet flagitiosum est.

Pendeo es. pependi pẽsum verbũ actiuũ. Et assumpte fit neutrũ in alio sensu. Significatq; pondero: ⁊ p translationẽ/considero/estimo. Vsi ⁊ eos genitiuos regit quos verba preciũ significantia habere solent: vt Magni pendo/parui pendo/nihil pendo/flocci pendo ⁊ hmõi: quod est in magna ⁊ parua estimatione habeo. Unde magis separata q̃ cõposita sunt dicenda. Pendere est etiã soluere. Liui. li. j. Ad equos emendos dena milia eris ex publico data: et quibus equos alerent viduę attribuẽ quę bina mſlia eris in annos singulos penderent. Salu. Semper illis reges tetrarchę vectigales erant populi/nationes stipendia pendere. Unde pgnam pendere proprie dicitur qui ob delictũ pecuniã soluit. Virgi. Tum pendere pgnas cecropide iussit: qđ ex eo tractum est q̃ ere graui cum uterentur romani eo penso nõ numerato debita soluebant. Libralis enim et dupondius appendebatur assis. Unde eris grauis pena. hinc pensiones dictę sunt. Item pendere/sustinere. Lactan. li ij. Eos q̃ impietatis ac sceleris sui supplicia pẽluros. Composita sunt: Appendo/compendo. vnde cõpendium. Dispendo/varie pendeo quo dispendiũ. Dependo quod est do. Col. libro. v. Nam q̃ aliter incassum dependitur opera cum degeneres etiã renouate pristinũ seruabunt ingeniũ. Expẽdo/impendo/perpendo/diligenter cõsidero seu perfecte põdero. Lactan. lib. v. Nihil enim sapiunt nisi terram bonaq; ⁊ mala solius corporis sensu ac voluptate perpendũt. Cice. Quid in amicitia fieri oportet quę tota virtute perpenditur: id est exacte ponderaẽ/examinatur. Augu. lib. ij. de ciui. dei. Nec nos in ea re diligẽtius requirenda per multorũ scriptorq; perpensa testimonia demoremur. Prępendo/prępendo/antepẽdo. Prąper. Cũ tua prępendent demissa in pocula serta. Rependo ⁊ suspendo/sursum pendo/alte ligo. Virgili. Ante nouis rubeant q̃ prąta coloribus: ante garrula q̃ tignis nidum suspendat hirundo. Quãdoq; suspendere est anxium esse. Plau. Vir compos mẽtis sum ita mihi suspendit animũ. Virg. Suspensi eurypilum/citarũ oracula phębi mittimus. Et quoniam dum anxij sumus etiam dubij efficimur. Suspensum quandoq; pro dubio ponit. Seneca: Suspẽsus animo quid agere cogitabat. Item pro placido ac silenti. Teren. in Phor. Hęc vbi ego audiui ad fores suspenso gradu placide ire perrexi. Et suspendere etiã est pendendo interficere. Lactã. lib. iiij. Tum suspẽderunt eum inter duos noxios mediũ qui ob latrocinia damnati erant. Hinc suspendiũ pro suspensiõe. Bel. Suspendio vitam finiunt.

Penso as. a pendo vel a pendeo frequentatiuũ/significat sępe põdero/estimo: vel aliquid pro alio do. Hiero. ad Iuli. Paupercula vidua omnes dicit in oblatione munerũ dei superare locupletes quę non pondere sui: sed offerentiũ voluntate pensantur. Valeri. maxi. lib. j. Deductus ac missus ad senatũ legatus vt ex se vno ⁊ sene cõplures pgnorũ iuuenes pẽsarent in contrariũ dato consilio carthaginẽ petijt. Hinc cõpenso/dispenso/repenso. Hiero. De eo autem q̃ niteris approbare conuitiũ ⁊ homicidiũ racha ⁊ adulterium ⁊ ociosum sermonẽ ⁊ impietatẽ nõ supplicio repensari iam responsum est.

Pensito as. sępe vl valde bene põdero/examino. Plin. lib. vij. Is demum vitam equa lance pensitabit qui semper fragilitatis humanę memor fuerit. Bel. li. j. Aut virtutes pensitabat/aut vitia rimabat: vt iudicium esse factum ad amussim diceres. Et pẽsitare est soluere/cosuescere. Pli. libro. xij. Qui tradit singula milia talentũ tauris annua pensitasse arabas regibꝰ persarum. Cicero in oratione contra mithrydatem. Quę tandem esse existimatis/aut eos qui vectigalia vobis pensitant/aut eos qui exercent/aut exigunt: id est soluere solent.

Pensitator/ponderator. Bel. Uerborũ pensitatores sublilissimi: a pensito as.

Pensor/qui ponderat: a pendo is. Aug. li. vj. cõ. Dubitare stultũ est: quin vtiq; melior sit q̃ mẽsor cęli: ⁊ numerator siderũ ⁊ pensor elementorũ.

Pensiculo as. idem qđ pensito. Bel. Pensicula vtrũq; moderare reperies suo quodq; in loco sonare aptissime. Hinc pensiculatores dicti sunt qui aliorũ dicta siue dictiones exacte ponderant. Et pensiculate adverbium: id est cum pondere.

Pensilis ⁊ hoc pensile penul. corre. quod suspensum et sublime est: vt Pensilis hortus: qui supra ędificia factus est/hoc est in solario vl in aere sublimis. Sic pẽsilis vua: Hora. Tum pensilis vua secũdas ornabat mensas. Pensilis homo qui suspensus est. Plaut⁹: Restim volo mihi emere qui me factã pensilẽ. Pensilis lectus/pensiles lychni/q̃ suspensi sunt ⁊ in aere pendẽtes. Pensilis/vbs quę subter cauata est. Pli. Leguntur ⁊ pensiles hortos: immo vero totum oppidum fecisse nullo oppidanorũ sentiente. Idẽ Magnitudo ⁊ frequentia cloacarum vrbem pensilem facit. Pensile horreum: quod nos vocamus granarium q̃ sit in altiore domus loco. Colu. libro. j. Sed nos in nostris regionibus quę redundant vligine magis illam positionẽ pensilis horrei probamus. Aliquando tamen pensilis dicitur mollis. Virgil. Pilentis matres in mollibus. Ser. id est pẽsilibus. nam molle ⁊ pensile conuertuntur.

Pensa a pendendo: qđ pro aliqua re cõducta soluitur. Et pensa plurali numero manipuli lanę pel lini q̃ pẽdent ex colo ⁊ fuso trahuntur. Nam cum dicim⁹ trahit pensa: idem est ac si diceretur filat. Oui. lib. ij. fa. Lumen ad exiguũ famulę data pensa trahebant. Iusti. lib. j. Pensa inter virgines partiẽtẽ. Quãdoq; pẽsa capiuntur pro filis. Virgil. de textrice. Excussi manibus radij reuolutaq; pensa.

Pensus a. um. ponderatus examinatus: per translationem ponitur pro bono ⁊ sapiẽte. Plau. in Sti. Age tu altera vtra sit conditio pensior virginem an viduã habere. Quandoq; ponitur pro equato. Sal. Necq; id quibus modis assequeretur dum sibi regnum pararet quicq; pensi habebat.

Pensio dicitur id quod pro re aliqua conducta soluit: id est qđ datur pro rei alicuius vsu/aut agri/aut domus. Cice. Lepte teneor tamen dũ a Dolobelle p curatoribus exigam primã pensionẽ.

Pensionarius/qui pensionẽ alicui soluere tenet.

Pendulus a. um. qđ pẽdet. Ouid. Lassaret viduas pẽdula tela manꝰ. Hiero. ad pãma. Valuit in humilioribus tuto pergere q̃ pendulo gradu in sublimioribus fluctuare. Col. Tum deinde macriora ⁊ pendula loca luna crescente simo iuuanda sunt.

Pentateuchus/dici potest volumen quinq; librorũ. nã πέντε quinq; τεῦχος volumen.

Pentaphyllon/herba quinq; folia habens: habet multas virtutes.

Pentarchus/qui quinq; viris prąest.

Pentecontarchus/dici potest quinquagenarius. i. qui prąest quinquaginta. Nam πεντήκοντα pentecõta quinquaginta dicuntur.

Pẽtecoste es. a pẽtecõta dici põt ãnã genaria qm̃ hęc dies a resurrectiõe dñi distat quinquaginta diebus. nã pentecostos latine quinquagesimus dicit.

Pentathli/dicunt illi qui in ludo quinq artes gymnasticas exercent/videlicet discum/cursum/saltu/palestram z iaculatione z ipsa exercitatio pentathlon latini alio nõe quinquertiũ/a quinq artibus z ipsi pentathli.i.athlete qui his quinq artibus se exercebant quinquertiões appellant ἀπέρτε qđ significat quinq z ἄθλος certamen. Pli.de Hirone. Hic fecit delphicos pentathlos.

Pẽthemimeris.pe.cor.latine semiquinaria cesura est: quotiens post octo tẽpora syllaba relinquit partem orationis terminans. Hec autẽ cõmunis est: vt Hia vincit amor: z nos cedam⁹ amori. Penthe eñ quinq μερισ diuisio vel pars.

Pentastice/porticus dicuntur a quinq columnarũ ordinibus.

Pentapolis.pe.cor.regio inter palestinã z arabiam: a quinq ciuitatibus sic appellata: vbi sodomũ z gomorrum oppida. Hanc regionẽ: vt Solinus scribit de cęlo tactã testat humus nigra z cinere soluta. Nascuntur ibi poma que comedi non possunt: licet matura videantur leniter manibus pressa fumũ exhalãt z in puluerẽ fatiscunt. Est z pentapolis regio in Lybia a quinq ciuitatib⁹ dicta: q̃ z Cyrenaica vocat.

Penus hic vel hęc quarte declinationis. Et hic pen⁹ pe ni ꝑm Prisci. Et hoc penus penoris. Et hoc penum. Et hoc penũ indeclinabile/significat omne esculẽtũ/potulentũq quo vescuntur homines. Dictũ pen⁹ q ea que longe vsionis gratia contrahunt z recondũtur non in promptu sint: sed intus z penitus habeantur. Fest. Penora res necessarię ad victũ quotidianũ. Plau. in persa. Nam nisi penus annuus hodie conuenit/cras populo prostituã vos. Teren. in Eu. Prius ad te penũ omnẽ congerebã clanculũ. Lucil. Ut vxori legata penus. Nora. in neutro genere. Anno ne prosit portet frumenta penusq. Penũ afra. Eos quibus cordi est intra tunicã man⁹ leua dextra in penum herile. Gel. Ex massurii auctoritate demonstrat thus z cętera ligna q̃q penori adscribi posse. Nos ẽo aromata caseũ/carnes salitas z alia ęsculenta dabimus seruanda.

Penuariũ siue penuaria cella dicit omne qđ in penu reponitur z ipsum penu z qđ in penu est.

Penuria/quasi vrens penu: vel qđ pene vrat: vel qđ pene minus sit q̃ necesse est/significatq omnẽ inopiam rerũ: z ꝑsertim earũ q̃ in penu recondi solent.

Penes prępositio quomodo sumatur. Vide in dictione apud.

Pene aduerbiũ/significat quasi.

Peneus/fluuius in thessalia inter ossam z olympũ desinens collib⁹ dextra leuaq molliter curuis in eo cursu tempe quinq milliũ passuũ longitudine z ferme sex latitudine pulcherrimus ager.

Penelope/Icari filia z Vlyssis vxor que lanificio z absentiã mariti solabat z procos frustrabat quibus se concessuram absoluta tela pollicebat: sed vt eos longius frustraretur noctu retexebat: quod interdiu texuisset. Dicta ab auibus que penelopes dicuntur: cuius nominatiuus singularis est penelops/cuz prius arnea vocaretur quasi abiecta repudiataq. Etenim in mare proiectã ab Icaro peribeaq parentibus ferunt educauisse penelopes.

Penis feminini generis/cauda dicit a pendendo. Unde z offam porcinã cum cauda offam penitã dicebãt. Hinc peniculos dicimus quibus calceamẽta tergũtur: post autem penis virile membrũ dici ceptũ est: sicut z salax cauda q non tã a pendendo q̃ a penetrando quidam dici voluerunt: z rectius masculino genere profertur. Iuuena. Mouerunt mauri atq indi que psaltria penem. ¶ Ascẽ. Est quidem mascu. sed apud Iuue. que psaltria legitur.

Penitus ā.um.penul. produ. quod ex pene: hoc est cauda est. Unde penitia offa. Offa porcina cum caudauda. Penitus penul. cor. significat qđ est intra. Plau. in asi. Age queso exprea vsq expenitis faucibus etiã amplius. Inde penitior interior/penitissimus/intimus. Inde penetro penetras.

Penitus aduerbiũ locale/quasi pene intus: id est valde interne seu intrinsecus vel intima parte z secreta: vt cum dico: Penitus me noscis: hoc est intus z in cute Virgi. Et causas penitus tentare latentes. Fit autẽ a penes. Id enim penes nos videtur esse qđ est penitus reconditũ. Interdũ ponitur pro aduerbio qualitatis z significat ꝑfus vel valde. Virgi. Penitusq sonantis accelsis scopulos. Quandoq significat lõge. Idez: Penitusq alias aduexerat oras. Hinc penitus a.um. de quo mox est dictũ.

Penicilla/instrumẽta/pictoria. vide infra in peniculus.

Penetro as. quasi penitus intro. Lactã.li.ij. Ad ęgyptios z magos z persas vsq penetrassent.

Penetrabile/qđ facile penetrat. Virgil. Penetrabile telum. Mar. Me madidos intret penetrabile frig⁹ in artus. Interduz sumit passiue: qđ facile penetrat. Liui.lib.xlv. Et in asperis locis silex sępe impenetrabilis ferro occurrebat.

Penetrale nomẽ substantiuũ/significat omnẽ partẽ interiorem domus vel templi: licet sit intecta seu omne qđ in intimis partibus est. Usñ penetrale sacrificium dicebatur qđ in penetrali: hoc est in intima parte domus fieri solebat. Lactã. de opi. Quãtulũ enim videre possemus si mens ab intimi penetralibus capitis perexiguas cauernarũ rimulas attẽderet.

Penates dicti sũt dũ domestici/ q penes nos nati sint: vel q non longe absint ab hac vita: siue q penit⁹ insident. Ex quo etiã penetrales a poetis vocant. Alii a penu hoc nomen deriuant. Var. Penates esse dicerunt per quos penitus spiramus: per quos habemus corpus: per quos rationẽ animi possidem⁹. Cuius nominatiu⁹ singularis ꝑm aliquos est hic penar. ꝑm aliquos hic penatis.

Peniculus z penicillus siue peniculũ z penicillũ: Quis diminutiua videantur a penis. Significant tamẽ ea quibus calceamenta vasaq tergũtur. Item quibus pictores pingunt: quoniã ex caudaz extremitatibus fiant. Pli.lib.xxxv. Arreptoq peniculo lineã ex colore durit summę tenuitatis per tabulam. Idẽ in eodem. Usus ad penicillum/aut si lignum colorare libeat. Quintilia.lib.ij.insti. Ut celator celũ: z pictor penicilla desiderant. Item quibus Albariũ tectorio inserunt qui dicuntur tectorũ peniculi. Pli. Setarũ ex his penicillis tectoriis cinis cum adipe trit⁹. Itez quibus vulnera stipantur. Vel ideo ne claudant: vel vt aperiant magis: vt sunt penicilli ex linteolis concrepitis ex medulla sambuci z ex spõgia. Idẽ: Tum peniculo vulnus apertũ. Omne preterea quoad aliqđ mundandũ/illiniendũ ve vtimur: penicillũ vel peniculũ vocam⁹/ꝑsertim si ex spongia sit factũ. Ter. in eu. Quid ignaue peniculũ pugnare q̃ istuc huc portes cogitas? Pli. Hisopũq cum myrrha calidũ penicillo illitũ. Item spongię genus nobilissimũ est qui penicillus dicitur/ex quo fiunt penicilli.

Peniculamentũ/pars vestis q̃ terrã attingit. Enni. Pedent peniculamenta vnũ ad quẽq pedũ.

Penna per duplex nn auium est. Sunt enim pennę maiores q̃ plumę. Et est generale ad pinnas: scz sũmitates z ad plumas: pinne autẽ proprie sunt pẽne que plume: hoc est molliores z exigue pẽne non sunt.

Pennula siue pinnula/pars sũma auris ab acuitate dicta. Unde in Leui. legitur. Lũcta que non habẽt pẽnulas z squãmas in aquis polluta erũt. Proprie vero pennula diminutiuũ est a penna. Aug. lib. v. de ci

ui.dei. Qui nec cuius pēnulā/nec herbę flosculuz/nec arboris folium sine suarū partiū conuenientia dereliquit Li.li. iij. de natu. deorū. Cū autē pennulis uti possunt/tum volatus eorū matres prosequunt.

Penula per simplerm: vestis quę nebuloso seu pluuioso tempore supra tunicā assumitur loco palli:ad arcendas a corpore pluuias. Pompo. in pannicea. Penulam in caput induce ne te noscat. Quintil. Cū galba penulam roganti amico respondit. Si non pluet/nō opꝰ est tibi. Si pluet ipse vtar. Iuue. Et mīto stillaret penula nimbo. Hęc si ex pellibꝰ esset scorteavocabatur. Var. Ingrediare viam eglo licet vsq; sereno. Ad subitas nunq; scortea desit aquas. Aug. lib. j. con. videtur significare penulā fuisse habitū grammaticorū. Quisq; inquit penulatorū magistrorū audit aure sobria ex eodē puluere boiem clamātē⁊ dicētem. Fingebat hęc Homerus. Ulpianꝰ. inter cōmunia vestimenta quibus vir ⁊ mulier promiscue vtuntur penulas annumerat. Var. dixit non querēdā esse penulam homini qui habet virtutē. scribit Lampri. Alexandrū cōstituisse: vt senatores penulis intra vrbem frigoris causa vterentur: cum id vestimentū itineraria ⁊ pluuię fuisset. Erat etiā penula gausapina candida ac villosa qua per estum vrebant. Var. Is mihi candor ineſt/villorū gratia tanta est. Ut me vel media sumere messe velis.

Pēnatus a.um. qđ pēnas habet: vt volucres pennatę. Sic Impennatus qui pennas no habet.

Pennarium/in quo pennę reponuntur: sicut calamariū in quo calami.

Penulatus/penula indutus. Vide in dictione penula.

Penulariū/locus in quo penulę reponūtur.

Peplus siue peplū/vestis solennis quę inūcitur vel viro vel fęminę vel deo deęve. Virg. Crinibus iliades passis peplūq; ferebant. Plau. Nunq; ad ciuitatem venio nisi cum infertur peplum bodie. Poetę tamē vt inquit Ser. abutuntur hoc nomine.

Pepones/melones. Hiero. in lib. Num. In mentē veniunt pepones.

Pepsis/latine concoctio. vñ peptice medicamenta ad concoctionem quę fortis adhibentur απο του πεπτειν. Inde dispepsia mala coctio:quando cibi non perficiuntur.

Per prępositio est/quę separata quādoq; localē/quandoq; temporalē habet significationem: vt Per vbē vado:per mediū dicē operor. Quādoq; denotat personam: vt Per medios ruit ac morientes nomine clamat. Quandoq; iurandi est: vt per pol:id est p pollucem. Quādoq; obtestandi. Virgi. Per te per qui tetalem genuere parentes. Quādoq; mediū quendaz ⁊ quasi intercessorem significat: vt per meos amicos obtinui. Lic. Qđ per me certior fias:id est me opante. Composita vo perfectionē denotāt. Lactan. Si legit/perlegat:id est vsq; ad finem legat. Cice. Nuncius qui litteras accepit/nō pertulit. Aliquādo in bonū vel in malū accipitur: vt persequor. Aliquādo abnegatiua est: vt perfidus/periurus/qui fidem ⁊ iusiurandum fregit. Aliquando significat per mediū siue trans: vt perfluor/perpluo. Perspicuū per cuius medium videmus: vt crystallus. Aliquādo habet vim aduerbij ⁊ pro valde ponit/tamq; superlatiuo q̄ positiuo iungitur. Colu. lib. iiij. Nam credidisse villicis vel etiā vinitori socordis est: cum qđ lōge fit facilius adhuc perpaucissimis agricolis cōtigerit: vt nigri vini stirpe careant. Cice. Pergraue mihi visum est. Et si addaſ q̄ significat maxime: vt Perq̄ bonus:id est optimus:perq̄ magnus:id est maximus. Jūgit etiā superlatiuo. Curtꝰ: Perq̄ maximo potest exercitu cōparato. Aliquādo significat nimis vehementer:⁊ in bonā ⁊ in malā partem: vt Pertinax/qui nimis tenax est/durus ⁊ inexorabilis. De quo infra. Componitur autē cum dictiōe incipiente ab a:vt perago. b. vt perbibo. c. vt percurro. d. vt perduco. e. vt pereo. f. vt perfero. g. vt pergratus. h. vt perhibeo. i. vt piurus. l. vt perlego. m. vt permitto. n. vt pernocto. o. vt peroro. p. vt perpendo. q. vt perquiro. r. vt pergo:ex per/⁊ rego cōponit vnde ⁊ ꝓteritū perrexi facit. s. vt persuadeo. t. vt pertinax. u. vt peruerto.

Pera/pellis a collo ad lūbos pendens:a quo pera sacculi genus. Vnde perā viatoriā vocam⁹ q̄ panē ⁊ alia qđ obsonū gestare viatores solent: quēadmodū pocula viatorū quo vinū. Eius dimi. est perula.

Perea cū diph. vltera indeę pe:a vt inq̄t Strabo. Regio quę trans euphratē est/perea noiatur.

Perago is. pegi. cor. peregi peractū/pficio. Gene. Sia inchoar/nihil peragit. Interdū perduco. Plau. Nauem peregit in portū. Apul. Et multas noctes/pegi insomnes. Interdū pertracto. Virgil. li. vj. Omnia percepi atq; animo mecū ante peregi. Interdū pertrahо vl pertrahere facio: vt Hic me ad carceres ad mortem vsq; peregit. A pago fit pactio q̄ est pfectio. Lice. Senecꝰ pactio gratis est. Peragere reū significat cōdēnare: sed facere reū est accusare. vñ ait iureconsulꝰ. Peregisse reū/nō aīs q̄s videt nisi ⁊ cōdēnauerit. Pli. Dum peragitur reus.

Peragro as penulē. corre. er per ⁊ agro cōponit: iuxta prępositionis ⁊ agri significationē debet significare per agrū siue per agros ambulo. Sed quia qđ peragratur exprimitur: ⁊ pro actiuo ipsius verbi ponit: agri significatio remouet: ⁊ pro ambulo siue inquirendo circuneo sumit. Lice. lib. iij. offi. Et ob eā causam vbe relicta rura peragrantes: sepe soli sumus. Hiero. Eandem oram italię quę quondā magna grecia dicebatur laborio sissime peragrauit. Hic perigrinus peregrinor ⁊ peregre dicuntur.

Peranno as. significat per integrū annum tempus vi/uo. Componitur enim ex per ⁊ anno as. Macro. li. j. Satur. scribit priscos Romanos mense Martio ⁊ publice ⁊ priuatim ad annam perannāq; sacrificatum ire solitos: vt annnare perannareq; cōmode liceret: hoc est vitā degere incolumē per annū integrum Sue. in Vesp. Ideoq; puella nata non perannauit. Perēno vo p e significat diu viuo ⁊ duro: de q̄ infra.

Perbibo. pe. cor. pfecte bibo. Lac. li. ij. Infecti sunt persuasiōe ac penitꝰ eor mētes succū stulticię pbiberūt: sed hoc per metaphorā.

Per causā siue p speciē/significat p simulatā cām. Liui. li. iiij. Et cū apprōpinq̄ret ianuę rex p cām aliquā in angustijs substineret a tergo agmen. Ide: Di postq̄ aliq̄d monerēt colloquēdo cū Annibale rati nocte p speciē venādi vbe egressi ad eū proficiscūtur.

Percello is. culi. culsum/significat euerto /percutio. Var. Alius tenerā abiete solus pcellit. Aliq̄n dissero. Lucil. Ad nonū hoc percellit annū.

Percipio is. pe. cor. pfecte capio. Aliq̄n ponit ,pintelligo/sentio:a quo Perceptio.

Percitus penul. corre. nimis incitatus qui ira ac furore accensus. est.

Percoarcto as. er p ⁊ cō ⁊ arcto abiecta n. arcto ꝼo frequētatiuū ab arceo fit ⁊ significat pfecte cogo siue cōstringo. Col. li. ij. de ęno loquēs. Tūc demū inq̄t cōuertemur ⁊ vtrūq; siccatū percoarctabimus in strimgam: atq; ita manipulos vinciemus.

Percolo pe. cor. pfecte colo. i. amo siue veneror. Plau. in tri. Fecerī partius ceterę facti pfem tuū si pcoles.

Percontor per o ⁊ sine c ante t in contro dicit quo nautę vtuntur ad loca nauibus opportuna. Nam aque altitudinē conto pertētant. Iuue. Esse aliquos manes ⁊ subterranea regna. Et cōtū ⁊ stygio ranas in gurgite nigras. Atq; vna transire vadū tot milia cymba.

Percunctor: ris per u ⁊ cante ⁊ fit a cunctus a.um. ꝙ s cunctis perquiratur ꝙ is qui curiosus est per cūcta interroget. ⁊ vtrūq; significat diligenter interrogo. Plau. Quid istuc in mente est tibi ex me: mi vir p/cunctarier: id est morari querendo siue per cuncta inquirere. Pli. Percunctātiq; quāti licitaretur opera effecta: paruū nescio quid dixerat. Est etiā percuncta/ri/expectare. Tere. in phor. Percunctatū ibi ad portum quoad se recipiat.

Percurro/valde curro siue currēdo perseuero. Plau. in Sti. Percucurri vt nunciarez nunciū exoptabile. Teren. in an. Cōtinuo ad te properās percurro. Vo na. Vide quantū ꝓperans ⁊ percurro vt continuationem cursus ostenderet. Quādoq; percurrere est ꝙ aliquē locū currere siue discurrere. Aug. per translationem. Vt quid opus est mīta percurrere: ⁊ multa vana beresum enumerare. Quādoq; est negligenter ⁊ cursim pertransire. Lice. lib. ij. de ora. Et multo aptius ad intelligendū si sic construē aliquando ac non ista breuitate percurritur.

Percuro as. pe. pro. perfecte sano. Curtius: Percurato vulnere acrius obsidioni institit.

Percussus participiū a percello sepius ad animū refertur. Greg. Ana mulieris voce percussus dum mori timuit vitā negauit. pcussus ad corpus sit a percutio.

Percudo is penul. prod. perfecte cudo ⁊ quasi frango. Col. li. ix. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

Percutio is pe. cor. percussi percussum: ex p ⁊ quatio q in c mutata ⁊ abiecta a significat ferio: Cui⁹ cōpositū est Repcutio. Ambro. li. j. offi. Cum maledicereture nō remaledixit: cum pcutere nō repcussit.

Perdo perdis perdidi perditum ex per ⁊ do/significat amitto: quasi nimis do. Qui autem nimis dat quicquid habebat amittit. Hiero. lib. j. Regū. Et de asinis quas perdidisti/ne sollicitus sis: quia inuēte sunt. Et pdere est perimere: quoniā que amittuntur quasi mortua nobis esse videntur. Teren. Dij te perdant. Huius cōposita sunt: Deperdo: qđ est in totū pdo. Caius scribit deperditum dici quod in natura rez esse desijt. Diminutum qđ vsu raptū est. Disperdo consumo vel varie pdo. Plau. in Tri. Preterea aliquantum animi causa in delitijs pdidit.

Perduo veteres dixerunt ꝓ pdo: a q̄ perduxo: Plau. Dij te deq; omnes pduxint cū isthoc hoie.

Perditus a.um. amissus. Et pditus qui ita alicui perturbationi aut vitio subiacet: vt inde se eximere non possit: ⁊ qui omni vitio cōtaminatus est ita vt de eo nulla spes habenda sit/pditus dicitur. Perditū enim dicunt qđ interijt ac recupari non pōt. Lice. lib. ij. offi. Dum boies pditi hastā illā cruentā ⁊ meminerint et sperabunt. Perditū pdamus plus significat q̄ pdamus solū. Est enim exaggeratio quedam Ciceronis. Teren. Me puerū perditū pdamus: hoc est ne ex infelicissimo infeliciorē faciamus.

Perdite amare/est vehementer amare.

Perdix/auis nota a pdendo dicta. Nam vt Ambros⁹ Ireneo scribit. Hec auis dicitur esse plena fraudis ⁊ fallacie: que decipienti viatorīs vias callcat atq; artes nouerit vt eū a pullis auertat suis. Certe si insiste re aduertit: tas diu illudit q̄ diu soboli fugiēdi signū tribuat ⁊ potestatē: quā vbi euasisse senserit/tunc se ⁊ ipsa subtrahit: ⁊ lubrica arte deceptū insidiantē relinquit. De hac Hiero. ad presidiū. Perdix aliena oua calefacit furatis suis. Sz cum creuerint in nido/pulli euolant ⁊ ad parētes suos redeunt: mentitū parentem omittentes: perdices sibi insidiantur. Et si affe/rant illos ad syluā q̄ eos habent vocem emittunt absconsi: ⁊ sic ceteri veniunt ⁊ retibus capiuntur: plus pedibus q̄ pennis fugiunt aucupantes. Et si ad hoc fuerint vt capiātur: sibi simile colore lapididem quaerunt: ⁊ ibi se supinos ponunt.

Perdius ex p ⁊ dius qđ est dies: ⁊ is dicitur qui p diem vigilat sicut pernox: qui p noctē vigilat. Sel. lib. ij. Stare solitus socrates dicitur: pertinaci statu pdius atq; pnox a summo lucis ortu ad solem alterū oriētē inconniuens: immobilis: hisdemq; in vestigijs et ore atq; oculis in eundem locū directis cogitabūd⁹ tā q̄ quodā secessu mētis atq; animi facto a corpore: id est per diem ⁊ per noctē. Sene. Id perdius pnoxq; agebat. Sic interdius intra diem vel per diem: quia nulla vigilationis ꝓpria significatio inest. Dius autem ꝙ die ponit in cōpositione: ⁊ nomē est ⁊ nōiatiui casus: sicut noctu pro nocte. Plau. in Mer. Neq; conquiescā vsq; noctu: neq; diu prius ꝓfecto q̄ aut amicam/aut mortē inuestigauero.

Perdono as. significat remitto. Aug. in interpatione Pſ. Expectās: Recedis a pctis pdonabit pctā.

Perduellis hostis dr. Plau. in am. Perduelles penetrant se in fugā ibi nostris animo additus est.

Perduelli crimen lese maiestatis/aut reipublicę: seu is qui ita lesit. Lice. lib. ij. offi. Nam pirata non est ex pduellionū numero diffinite: sed cōmunis hostis omnium. Vlpi. pro crimine sumpsit. Qui perduellionis reus est: hostili animo aduersus rempublicā vl principem animatus est. Antiqui perduellē dicebāt quē nunc dicunt hostem: ⁊ tūc hostis significabat perigrinum qui suis legibus vteretur.

Perduco ad finem vsq; duco. Cice. in Cato. D. quidē val. comunū accepimus ad centesimū annū vitā pduxisse. Aliquādo pducere est ꝙ vim ducere. Inde pductores a Lice. in Ver. dicti sunt qui vt Asco. inquit in hoc differūt a lenonibus q̄ lenones sunt scortorū pductores etiā inuitarū psonarū.

Peredo pes. cor. ex p ⁊ edo es/vehementer edo: a quo peredia ę. ipsa comestio.

Peregre pe. core. significat peregrinando. Et est commune tam significātibus quietē q̄ motū: vt peregre sum: prregre veni: peregre vado. Aug. lib. ix. cō. Frater autem meus quiddā locutus ꝙ eam nō peregre: sed in patriā defungi felicius optaret. i. in peregrinatione. A loco: vt apud Plau. in am. Ita pegre veniens hospitio publicitus accipiar.

Peregrinus aduena ⁊ aliena loca peragrans: a pagro peragras. Et differt ab hospite ꝙ peregrinus simpliciter eū significat qui in sua ciuitate non est. Hospes qui in aliena ciuitate est. Antiqui tamen peregrinos dicebāt hostes. Ambro. Aduersarios molli veteres appellantiōe noiabāt. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebanē. Peregrina sacra dicta sunt q̄ ex alijs vsibus religionis gratia sunt aduecta.

Perigrinor: peñ. pro. depo. absolutū significat per alienа loca peragrans ꝓficiscor.

Perendie/significat quod vulgo dicit post cras. Lice. ad Atticum: Scies igitur cras ad summū perendie. Hiero. ad Pam. Vt qō hodie non merui cras vl perendie merear. Unde perendinus dies ab hinc tertius. Cesar: Qui si ꝙ te liceat perēdino die cum proximis hibernis coniuncti cōmunē cum reliquis casum belli sustineat. Hinc Comperendino as.

Perennis ⁊ hoc perēne sine h: ex per ⁊ annus mutatis litteris: quasi per annos durans: id est ppetuus. Inde fit peranno as.

Perenno as. p annos duro. Col. li. j. Sed ⁊ tempet vires clemētia cū ⁊ terribilis: debet ec q̄ seuior vt obsequanē ei⁹ impūs ⁊ diuti⁹ perēnent boues nō pfecti vexatione simul verberū operūq;. Idē lib. iij. Rosa hoc modo culta multis annis perennat.

Perennitas/ipsa duratio. Idem. Nam ea celi positio maxime frigida ⁊ minime humida est q̄ vtraq; per-

gitatem conditis frumentis afferunt.

Pereo is.periui vel peri peritū ꝑm analogiā. Componitur enim ex per ⁊ eo quod facit ictū. Sed nusq̄ legi cum tamen perituros habeatur. Augu. super Jo. Tanq̄ essent ab illo perituri merito turbant: ⁊ significat perire amitti. Piero. in lib. Regū. Perierāt autem asine Cis patris Saul. Quādoq̄ absumere bucar via. Teren. in adel. Nempe tua arte viginti minę pro psaltria periere. Unde ⁊ pro moꝛi sumit: quasi in totum ire: ꝙ qui perit/prorsus abit. Pli. lib. vij. Tu qui te deū credis aliquo successu tumes tanti tū perire potuisti? At qui etiam hodie minoris pores/quantulo serpentis ictus dente: aut etiam vt Anacreon poeta acino vuę passę: vt Fabius senatoꝛ prętoꝛ in lactis haustu vno pilo strangulatus. Huius cōpositā sunt: Depereo ⁊ dispereo.

Perfrico perfricas penul. corre. valde frico. Perfricare ꝓ os seu frontem/significat pudoꝛem deponere. Nam cum in pudibundo sanguis diffundatur ex coꝛde in faciē tanq̄ velamentū: qui impudibundi ⁊ sunt inuerecundi ⁊ erubescere videri nolunt: hi solent os ⁊ frontem perfricare ad ruboꝛem illū digerendum et sanguinē ad interioꝛa repellendū. Hinc facta est locutio prouerbialis de inuerecūdo: vt dicatur: Perfricuit os/perfricuit faciem/perfricuit frontem: ꝓ eo ꝙ est/pudoꝛem abiecit. Cice. lib. iij. Tusc. Quid tergiuersamus: nec fatemur eam nos dicere voluptatē quā tu idem cum os perfricuisti soles dicere. Plini° Perfricui faciem nec tamen profeci. War. Et si perfricui frōtem posuiq̄ pudoꝛem.

Perfero pe. coꝛ. vsq̄ ad constitutū finē fero. Cice. Sed nunci° ille q̄ litteras accepit nō pertulit. Alibi ꝓ denunciare posuit: vt in epistola ad Celliū. In his sumlocis quo ⁊ propter longinquitatē ⁊ propter latrocinia tardissime omnia perferuntur: id est portātur vel denunciantur. Aliquando patioꝛ: vt Diram crucem pro nobis christus pertulit.

Perfidus pe. coꝛ. qui fidē violat siue perdit. Virgi. lib. v. Nunc pelagi nymphę classis tua perfidus: vt nos Precipites ferro rutulus flāmisq̄ premebat. Hinc Perfidia ⁊ perfidiose. Cice. lib. j. ad Veren. In odiū adducemus si quid eoꝝ spurce ⁊ superbe/ perfidiose/crudeliter/confidenter/maliciose/flagitiose profecerimus. Inuenitur etiā pfidus pe. pro. a fido is. ꝓ eo cui multū fidendū est: sicut inuidus cui nō est fidēdū.

Perfructus a perfruoꝛ. Cice. ad Horten. Et amenitate loci perfructus est.

Perfuga pe. coꝛ. qui ad hostes perfugit vel trāsfugiendi moꝛem perfecte nouit. Cice. lib. iij. offi. Perfuga ab eo venit in castra Fabricij.

Perfugiū/locus vtilissimus quo nos in vexatione/ aut calamitate recipere contendimus: Fuit id non min° apud homines sit. Apul. Perfugiū facinoꝛosoꝝ hominum. Liui. lib. ij. Itaq̄ in medio prope iam victoꝛes cesi ⁊ vsti pars perexigua duce amisso: quia nullū propius perfugiū erat Romā inermes ⁊ fortuna et spe supplicum delati sunt. Transfertur etiā ad alia: vt ad litteras. Cice. Itaq̄ vtoꝛ eodē perfugio quo tibi vtendū censeo literulis nostris.

Perfunctoꝛius a. um. a perfungoꝛ/significat qđ cito et leuiter transit. Ambro. libro de paradi. Cognoscere vtiq̄ non sola ⁊ percunctoꝛia scientia est: sed in eoꝝ operatione/quę oporteat fieri. Hinc perfunctoꝛie qđ est transitoꝛie ⁊ inaniter. Idē lib. Hexa. De naribus quid loquar: quę diuio ⁊ procero foramine antrū qđ dam recipiēdis odoꝛibus prestant vt non perfuncto rie odoꝛ transeat: sed diutius inhęreat naribus ⁊ earum ductu cerebꝛum sensusq̄ depascat.

Perga/oppidum in pāphilia: a qua diana pergea dicta est propter templū illi dicatū.

Pergamum siue pergamus/ciuitas asię insignis q̄ diu sub attalicis regibus fortunata fuit: ⁊ postea romanoꝝ prouincia facta est. Apud quam chartę vsus inuentus est/ quę nunc quoq̄ vulgo pergamena dicitur ab attalo: vt Uelian°: vel ab Eumene: vt Plinius. Ex pergamo Galenus medicus celebris ⁊ appolodorus oratoꝛ fuit qui artes conscripsit ⁊ appolodoriam sectam introduxit: ⁊ Augusti Cęsaris magister fuit. Et discipulum memoꝛatu dignissimum Dionysium ciuem suum cognomine Articum qui sermones ⁊ historias conscripsit/edocuit. Est ⁊ pergamus ide promontoꝛiū.

Pergama pergamoꝝ/arces troiane: quę quoniā altissimę erāt: omnia alta ędificia pergama sunt appellata. Unde non imerito vbs Cisalpinę gallię ex quaoꝛtū duxi/pergamum dici posset/ꝙ in edito loco sita sit. Sed plinij auctoritas nō paruipēdenda fuit: qui bergomon per b ⁊ o scribit et eius incolas bergomates appellat.

Pergo pgis perrexi: er p ⁊ rego/significat vado. Pli. Uor vbi pluribus eodem modo se coꝛijs loricauit in dimicationē pergit. Quādoq̄ prosequoꝛ/perseuero siue procedo. Teren. in Adel. Nam si molestus esse pergis. Virgili. O dea si prima repetens ab oꝛdine pergam. Quandoq̄ Ago. Idē: Pergite pierides. Quādoq̄ Festino. Terē. in phoꝛ. Domū ire pgam vbi plurimū est. Quādoq̄ Conoꝛ. Idē in eadē Hoc vbi ego audiui ad foꝛes suspenso gradu placide ire perrexi. Hinc componitur expergo/quod significat expgefacio. Actius: Deus vigiles pro parte expgite pectoꝛa tarda sopoꝛe. Sipontinus componi putat ex per ⁊ ago: sed vt opinoꝛ fallitur: tum quia pręteritū perrexi, facit ꝑm analogiam simplicis rego nō peregi: quod est a perago: tum quia perago compositum habetur ab ago.

Pergreco aris. epulis ⁊ potationibus inseruio: qđ est greco ꝝ proprium. Titi. Hominem impium nunc ruri pergrecatur.

Pergula/locus apertus a multis lateribus aerem excipiens: aliquādo extra parietem poꝛrect° ⁊ modo tectus modo sub dio expositus a pergendo dicta ꝙ in ea deambulare soleamus/foꝛtāq̄ aut boꝛtū aut platęas aut vias perspectare: ⁊ quādoq̄ cenare in pergulis pręceptoꝛes discipulos eruiebāt: aliq̄ artifices opera sua velut in propatulo habebāt. Unde Sue. de grassicio grammatico. Deinde in pergula docuit. Pliñ. de Appelle. Idem perfecta opera ꝓponebat in pergula transeuntib° atq̄ post ipsam tabulā latēs vitia quę notarentur auscultabat. Est ⁊ pergula oꝛdo ac cetus ministroꝝ obedientium structoꝛi. Iuue. Sed nec structoꝛ erit cui cedere debeat omnis pergula: id est pergentinus oꝛdo. Item in naui pergula dicitur excursus per totā nauim: ⁊ alio noie poꝛticul° appellatur. In vineis ꝙ topiariuq̄ opus significat. Col. Si quę pergulę vitiū generosaq̄ a putatoꝛibus relictę sunt ante calendas Aprilis vtiq̄ deputari debent. Pliñ. etiā vitiū generosarū pergulas pręcepit. quinquatribus esse putandas.

Perhibeo es. penul. corre. ex per ⁊ habeo/significat deco ⁊ firme teneo. Col. lib. iiij. India perhibetur molibus ferarū mirabilis. Interdum perhibere est dare. Idem in eodem: Eius rei testimoniū tu ꝓcipue Syluine perhibere nobis potes. Quādoq̄ pretiū denotat eo modo quo vendo. Plau. in persa. Eodem mihi pretio sal perhibetur quo tibi.

Peri ꝓpositio greca/ modo significat de/modo vltra/modo circū: a qua multa per cōpositionē fiunt.

Periarchon significat de principiis siue principalibus. περι eiñ significat de: αρχων principis: licet sit gti casus: quia greci carēt ablatiuo. Scripsit Origenes

libꝫ periarchon.inquit Hiero. Qui sunt re vera alꝫ obscurissimi ⁊ difficilimi. De rebus ibi talibꝫ disputat in quibus philosophi omni sua ætate consumpta nihil inuenire potuerunt.

Peribolus pe.col.latine circuitus. Dicitur ⁊ peribolꝫ a περιβαλλω circũeo.

Pericope pe.cor.amputatio/concisio dicit. Hiero. ad pama. Aut si tu quoꝫ narẽ contraxeris illã ap ostoli περικοπὴν.i.amputationẽ in qua de virginitate et nuptijs disputata liter disserere cõpelleris.

Pericles/nomẽ viri clarissimi athenien'is q̃ rempublicã.xl.annis gubernauit ex περι ⁊ κλεος gloria.

Periclymenes/nomẽ filij Herei ⁊ fratris Nestoris.

Periculũ a pereo deduci videt ⁊ salutis discrimẽ signi ficat. Virg. Obscenãq; famẽ q̃ prima pericula vito. Aliqñ dicit experimẽtũ: qr rarũ est tentamentũ sine periculo. Ter.in Eu. Fac periculũ in litteris. Et sic a perio: antiquo verbo ꝑm Ser. deriuat: sicut a fero ferculũ. Hinc periculosus sa.um.qõ est cũ periculo. Cice.li.j.offi. Grauioribus aũt morbis periculosas curationes ⁊ ancipites habere coguntur.

Periculor/periculũ subeo. Cato: Periculatus sum.

Periclitor pe.cor.idẽ qõ periculor: vt periclitor fama/capite:hoc est periculũ iubeo ista perdendi. Dicitur etiã Periclito siti:qr in periculo positus sum moriẽdi propter sitim. Periclitari etiaꝫ significat ꝑiculi. Cice.li.j.de ora. Subeundus vsus omniũ ⁊ periclitandę vires ingenij. Plancus: Itaq; potius periclitari volui si posset mea ꝓsentia ⁊ lepidũ tueri ⁊ exercitũ facere meliorẽ q̃ nimis cautus videri.

Perihermenias/latine or de interꝓtatione.

Perihegesis/ambitus. Pli. Possidonio/q̃ periplum/aut perihegesim.i.de terrę ambitu.

Perimetros/latine immensus:quasi vltra mensuram.

Perihodus/latine clausula siue circuitus vel ambitus vel cõprehensio vel circũscriptio ⁊ cõtinuatio. Mõnunq; anfractus ⁊ terminus. Nam cõponit ex περι circũ ⁊ ὁδος via. Est eñ vbi plena sentẽtia est. Unde medici periodicas febres vocant quę certis tẽporibus veniunt.i.abeunt: ⁊ quodã quasi circuitu facto rursus redeunt: vt sunt tertianę ⁊ quartanę. Est et perihodus genus certaminis apud grecos. Vide in dictione pentathli.

Periecus/latine cõtubernalis dicit.

Peripatetici philosophi dicti sunt a περιπατέω: hoc est a deambulando. Et περίπατος greci vocãt ambulationẽ:horũ princeps fuit Aristoteles. Nam in liceo inambulans docebat. Hinc cõmẽtatiões vespertinas. Arist. λειλον περίπατον:id est postmeridianã ambulationem appellat.

Periphrasis/latine circũlocutio vel circuitio: vt apud Virgil. Et iam prima nouo surgebat ⁊. cum diẽ tñ significet. Est enim oratio rem simplicem circumscribens elocutione.

Peripheria /circũferentia.

Peripetasma atis.gen° cortinę qua parietes ⁊ aulę teguntur seu tapetia babylonici floris varietate cõspicua:quę a Lucretio babylonica dicunt ab alijs aulea ⁊ atalica: A Capitolino stromata ⁊ peristromata. A Varrõe beluata:hoc ẽ a beluis variegata. A Plauto peristromata.

Peristroma pe.pro.quasi circũstratũ:idem qõ peripetasma. Plau.in pseu. Itaq; ego vestra latera lotis faciam vt valide varia sint:vt ne peristromata eque picta sint campanica. Cice.li.ij.phil. Cõchyliatis. Cñ. Põpo.peristromatis versicoloribus persimiles eẽ seruoꝝ in cellis lectos stratos videres.

Peripsema atis.pe.pro.qõ greci περιψημα scribunt a περιψαω qõ est circũeo vel circũlimo abstergo ⁊ repurgo. Unde limatura siue raſura ⁊ purgamentũ dici põt. Uñ apud apostolũ: Tanq; purgamẽta huius mũdi facti sumus omniũ peripsema vsq; adhuc.

Periplũ.i.lustratũ nauigatione circuitũ.

Peripheroma quasi supplementũ. Figura est cũ particula aliqua sentẽtię minime necessaria additur metro. Virgi. Wultũ ille ⁊ terris iactatus ⁊ alto: vbi si ne particula ille staret sensus/sed non versus.

Periphoretos/quasi circũlatilis/quales appellari solent qui in lectica circũferri cõsueuerũt.

Thali dicuntur in porris ⁊ cepis ⁊ allio medij stipites θαλλειν: id est virescere: vnde et pro germine arborum ponitur

Thalestris regina amaçonũ:quã alij minithea vocant. Hẽc cũ trecentis mulieribus occurrit. xxv. dierum inter confertissimas gentes/ itinere facto Alexãdro in hyrcania res gerẽti vt liberos ex rege susciperet: ⁊ vt visa est verũ impleſſe discessit.

Thanatos latine mors:a quo athanatos immortalis. Est et thanatos insula in oceano gallico Britannię proxima (vt Solinus refert) frumẽtarijs campis fęlix. In ea nullus anguis viuere potest: quin asportata alicunde terra angues illico perimit dicta thanatos a morte serpentium.

Thasium genus vini a thasso insula maris ęgei vna ex cycladibus quę a thaso phenicis filio qui eam incoluit dicta est: vel a thasone neptũni filio. Sic thasie vites. Virgili.libro.iij.geor. Sunt thasie vites sunt ⁊ marcotides albe. Et thasia nux ꝯ amigdala a thaso thracię insula.

Thasij populi in thaso habitãtes: fuit hęc insula aurea vocitata ꝓter aurum: qõ illic effodiebatur.

Thauma apud grẽcos miraculũ et admiratione ꝓcat.

Theatrum latine visorium a Cassiod. speculatorium a Cipriano dicitur a θεαομαι: qõ est video q turba cõueniens eminus videaẽ et videat. Est autẽ edificiũ in hemicycli speciẽ factũ ad videnda spectacula idoneũ. Aliqñ tñ ponit ꝓ spectaculo. Har. Quicquid in orpheo rodope spectasse theatro: Dicit exhibuit Cęsar arena tibi. Aliqñ ꝓ multitudine spectante: vt magno theatro hęc acta sunt. i. multis spectãtibus.

Theatricus a.um. nomen possessiuũ. Augu. lib. iij. cõ. Rapiebant me spectacula theatrica plena imaginibus miseriarum.

Theatralis ⁊ hoc le. idẽ qõ theatricus: seu qõ ad theatrũ pertinet. Unde dicimus theatralia spectacula.

Theatridion dimi. forma grẽca a theatro. Var. lib. iij. de re rust. Inter has exteriores gradatim substructũ vt theatridion auiũ mutuli crebri in omnibus colũnis impositis sedilia auium.

Thebe es. ⁊ theba e. ⁊ thebe arũ. Ouiđ. de fine. Quid referam asopon quam cepit martia thebe. Sta. lib. viij. the. Siue superstes ait direcꝯ ad mgnia thebe Solus abi. et lib. rj. Aut danais adūce rogos aut ꝓlia thebis. Nomina quarundã vrbiũ: quarũ vna fuit in egypto: a busyride egypti rege condita: quę grece heliopolis. i. solis ciuitas/ ãbitu. cpl. stadioꝝ vt refert Herod. Urbs insignis publicis priuatisq; edificijs: quã Plinius coram pensilem fuisse scribit: que centũ portas habuit: in quarũ singulis memorat. cc. custodes excelluisse equis et curribus: subter quam reges soliti erant maximos exercitus armatorum educere nullo ex oppidanis id sciente. Juuena. Atq; vetus thebe centũ iacet obruta portis. Ab hac (teste Plin. lib. xxxvj.) regio thebaica ethiopie contermina cognoiata est. A qua thebei cũ diph. et fructus palmarum eius thebaides ⁊ thebaice dicunt a Plin. Alia thebe fuit in boetia a cadmo agenoris filio condita quã amphion muris ornauit. Bacchi ⁊ herculis clarissima patria: ab Alexandro magno postea euersa: que et draconigera dicit: quia a cadmo cũ quinq; viris ex draconе ab ipso interfecto natis ꝓstructa fuit. Var. cñ lib. iij. de re ru. scribit hanc vrbẽ ab Ogyge edificatã. Ab hac thebani dicti sunt. Hanc heptapylos vocat Apuleꝰ ab eo q septem portas habebat inclyta duobus ducibus Epaminunda ⁊ Pelopida. Hęc etiam dicta fuit Dircea a dirce fonte. Unde et a statio dirceus ager thebanus vocat. Hinc pindarus poeta lyricorum princeps habuit ortum. Bacchus in aphrica vrbẽ condidit thebas. vñ Hiero. in con. epistole ad gala. Preterea thebas liberi ꝯ in aphrica cõdidit: q̃ ciuitas nunc thebestis dicit. Alia in thessalia: a qua etiã thebani ⁊ thebei. Fuit ⁊ thebe in italia ciuitas. Fuit et alia thebe Homero teste in cilicia Andromaches vxoris hectoris patria. Unde Ouiđ. Nec cruciere minus q̃ cum thebana cruẽtus Hectora thessalico vidit ab arce trahi. Alia fuit in lucania ab Jonijs colonis cõdita: quã interijsse auctor est Cato. Fuerunt ⁊ thebe cossice. Est ⁊ thebe nomẽ virginis e cuius gremio gemine columbe: vt est in fabulis cum euolassent: altera ad hãmonis fontẽ tetendit et ibidem respõsa dedit: altera ad siluã dodoneã vbi futura mortalibus ꝓdidit.

Thebeis idis. vel idos. Et hęc thebaida de. ab accusatiuo grẽco formatũ nomẽ sicut persis ⁊ persida egypti regio thebe a denoiata. Quod nomẽ potest esse patronymicũ a thebe. Quo noie etiã appellatum est Statij opus: in quo de thebis tractat.

Thecla nomẽ ꝓprijũ mulieris sanctissime.

Theca vagina/ sepulchrũ/ loculus.

Thelphusa vbs prope orchomenum archadie a thelphusa ladonis filia nomen habens. Telphusa vero sine h. et per duplex ss. alia vbs in archadia telphusium: siue tilphossium est in boetia vbi laudatus bacchus est a pindaro.

Telphissa: fons cuius aquę frigus tiresias vates cum senex potasset ⁊ ferre nõ potuisset extinctus est.

Thema atis. latine positũ seu positio dicitur.

Themistocles: nomẽ viri athenien sis clarissimi. hic cũ ab ingrata patria exul factus esset ⁊ a xerse princeps exercitus aduersus athenienses magno cuꝫ honore creatus: cũ videret patrie sue ingentis cladis periculum imminere hausto tauri sanguine seipsum interemit: ne aut regi de se merito infidelis esset nõ pugnãdo viriliter: aut patrie sue hostis atq; oppugnator videret. Vide plutarchũ.

Thense vt docet Asco. sunt sacra vehicula pompa ordinũ ⁊ officiorũ: sic dicte q ante eas linea tendũtur que gaudẽt manu tangere qui deducat: vl απο του θεικω: id ẽ are diuina. Et sic per th. scribitur. Cic. de haruspicũ responsis. Te apello lentule cui sacerdotũ sunt thense curricula ꝓcentio ludi libationes. Liui. lib. v. Quę augustissima vestis est thensas ducentibus triũphantibus/ve ea vestiti medio cdium gbarneis sellis sedere.

Theozia cum accentu in penul. latine speculatio et intellectus dei. Hinc theozeticus speculatiuus. Grẽce enim θεαομαι considero/ cõtemplo. Ambro. libro hexa. Mamq; istarum artium alie sunt actuose: que sũt in corpor/ motu aut sono vocis. Alie theozetice: que vigorem mentis exercent. Idem ad simplicia. Vbi legis diuine precepta numerauit: atq; annunciauit populo theoziam: postea intelligibilis illi⁹ arce testimonij: vel candelabri vel thymiamatis locutur⁹ immolauit hostias.

Theozema atis. speculatio.

Theozesis: contemplatio.

Theos deus. A quo multa per cõpositionẽ fiunt.

Theologia ratio siue sermo de diuinitate.

Theoleptus numine afflatus.

Theodectes nomen pbi discipuli Aristotelis: cui oratorie artis libros donauit. Ut eos tãq; suos ederet. Hic fertur multe memorie fuisse.

Theomachus penulti. cor. deo repugnãs latine dicit.

Theomenia ira diuina.
Theogonius genitus ex deo.
Theophrastus phs fuit ex cresso Lesbi oppido tyrtamus initio vocat⁹. Hic peripatetico⁹ eloquẽtissim⁹ doctissimusq; fuit: qui ex diuinitate loquendi nomen inuenit. Hic dicere solebat doctũ hominẽ ex omnib⁹ solum neq; alienis locis peregrinũ esse: neq; inopem amicorũ. Dictus theophrastus: quasi diuina eloquẽcia: a theos deus: phrasis eloquentia.
Theophilus nomen proprium: quo significat dei amor: theophiles pius amans deorũ.
Theosebia pietas cul⁹ dei: theosebes pius religiosus
Theotocos deũ pariens: genitrix dei.
Theodorus cũ accentu in penul. proprium nomen viri: quasi donũ dei.
Theodosius nomẽ proprium duorũ Ro. principum.
Theopompus nomẽ ppriũ tragici: et oratoris. Quo noie etiã dictus fuit vnus Spartanor. Cuius memi nit Quintil. et etiã Valerius maximus.
Theognis fuit poeta grecus: de quo Plato in libro de legib⁹: cui⁹ opus incipit. ωφαλησουσ υιε διοσ τεκοσ ουποτεστειλισομαι αρχομεροστου λεαποπαμομεροσ.
Theon nomen pictoris samij: de quo Quintili. lib. xij. de insti. ora. Alter mathematicus qui scribit de spiritibus ad Ptolomeũ astrologũ. Alter etiã interpres Apollonij rhodij.
Thera insula sub euboea iuxta atticam. de qua Plini. libro. iiij. Protinus ab Jo. abest thera. xxv. millibus passuum. In ea est Eleusis ciuitas: vt lib. iij. Ptole. refert. ab Herod. thera ponitur insula lib. iiij. quam Justi. putat therãnen: alij corsicam.
Theriace siue theriaca: a qua et theriaci pastilli nominantur quod e viperarũ carnibus constent: aut certe contra bestiarum venena pficiant. Dicta απο του θηριακη: hoc est a feris siue beluis vocitata q hec cõpositio aduersus omnes beluas venenatas instituta sit: admiscentur ei viperine carnes. Hanc vulgus tyriacam a tyro serpente apellat.
Theriotrophion locus vbi fere aluntur. Varro libro. iij. de re rust. Silua erat supra quinquaginta iugerũ macerta septa quod non lepoxariũ sed theritrophiũ appellabant falso.
Theristrum velamen vel vestis tenuis: qua vtebantur mulieres paleſtine. Hieron⁹. in Hũ. Que depositis viduitat⁹ vestib⁹ assumpsit theristrũ. Et apud Esaiã. In die illa auferet dñs ornamenta calceamentorũ et palliola et linteamina et theristra.
Therme inuente sunt ad excutiendũ de toto corpore sudorem. Sunt em̃ balnea ea certe loca: que aut calentibus aquis: aut ipso sine fomite igni calefacto lauãdi sudandi ve vsibus deputata thermas vocauere. Nam θερμον greci calidũ dixerũt a θεροσ estus Que autem proprie ad sudandum loca habẽtur: ea Seneca i epistolis sudatoria nũcupat. Quid inquit cũ sudatorijs: omnis sudor per laborẽ eratur. In quib⁹ vero descendimus vt lauemur balneas vocamus et balnearia. Est et therme ciuitas i thracia: vnde thermaicus sinus.
Termopyle penulti. cor. mons longissimus: qui incipiens a leucade in occidente et in ęgeũ mare haut lõge a demetriade protẽdẽs fauces habet angustissimas iuxta quas calide aque scaturiunt. Ideo a caliditate portarum nomen inditum est. Pylas enim portas greci nominant: et thermon calidum. Ibi enim sunt: vt inquit Stra. therme. i. calide aque hercules conseerate. Liui. lib. xxxvj. scribit iugũ thermopylarũ ita mediam greciam dirimere vt apẽnini dorso Italia diuiditur. Et quia calide aque in ipsis faucibus sunt: Ideo inquit: Thermopile locus appellatur nobilis lacedemoniorum aduersus persas morte magis memorabili ꝙ pugna.
Termopoliũ: locus vbi calida excitamenta et potoria venduntur. Plau. in Cur. Tum istic greci palliati capite operto: qui ambulant semper videas bibentes in thermopolio.
Thermisacio significat esculẽtis atq; poculẽtis ingurgitatis et exhaustis in thermopolio calefacio. Plau. in Mi. De hercule vero eo ꝫtum potest iam ne exta cocta sunt: quod thermisecerat.
Thermodoon siue thermodon cappadocię fluuius: q̃ est regio asiatica: vt Pli. Stra. et Justinus tradũt. Juxta quem olim Amaçones consederũt. Quarum regina: vt Diodo. refert in ostijs thermodontis vrbem condidit. Thermisciră nuncupatũ prius Onyçacha: postea Cesaream. Est etiã thermodon opidũ cappadocie. A thermodoon fiũt adiectiua thermodõtius: thermodoõteus: et thermodoõtiacus. Cũ pugne amaçonũ apellant thermodoõtiace. Prop. Qualis amaçonidũ nudatis bellica mãmis. Thermodoonteis turba lauat aquis.
Theron nomen regis hispanie citerioris quasi ardẽs.
Therioma vlcus viriliũ internor et sedis et partiũ alia rũ multo ac nigro sanguine mali odoris atra fit caro et corrodit. Et quo nasci quãdoq; solet herpes estiomenos (ita vocat vlcus) qm̃ serpendo corpus ossa vsq; deuorat inequale ac cęno simile.
Therpsicore vna fuit ex nouẽ musis: a τερπομαι: qđ est delector.
Thersilochus nomen viri ppium.
Thersites penulti. pro. fuit grecus quidã vir: quo non deformio: alter venerat ad troiã: lingua ve proterua or alter. Juue. Malo pater tibi sit thersites dũ modo tu sis Aeacide similis.
Thesaurus et thesaurum dicitur. Et est vt Paul. Jurisconsultus inquit vetus quedaz depositio pecunię cuius non extat memoria vt iam dominũ non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit: quod nõ alterius sit. Alioquin si ęs aliquid lucri causa: vel metus: vel custodie condiderit sub terra nõ est thesaurus: cuius etiã furtum sit. Aliquãdo tamen thesaurus dicitur: cuius extat memoria et dominum habet: vt in Euã. Ubi est thesaurus tuus ibi et cor tuum erit. Ponit interdũ pro loco in quo aurũ vel alia preciosa reconduntur: vt est illud: Et apertis thesauris suis obtulerũt et munera aurum: thus et myrrham. i. capsis vel vasis. Nonnunq; in malã accipit: vt Plau. in Amp. Qui domi vrorẽ meã impudicicia impediuit teneo thesaurũ stupri. Idem in ru. neutro genere pro auro seu argento posuit: Quicqđ in est graue qđẽ thesaurum: hic ego messe reor.
Thesaurariũ: locus in quo seruant thesauri. Aug. sup psal. Inueniũt nũmos et ponũt in thesaurario.
Thesauriço as. thesaurũ colloco/ repono in depositio.
Theseus proprium nomen athenaz regis ęgei et ethre filius. Hic virtutis herculee emulus post ꝑclara edita facinora exorris patria factus in insulã syrum naiuigauit: vbi perit interemptus a Micomede: vel vt quidã volunt ex loco edito post cęnã deambulando delapsus. Primus istituit athenis panathenea: hoc est cõem celebritatẽ in honorẽ Minerue que grece athena nolat. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Huius gesta natales et obitũ scripsit Plutarc. De quo scripta fabula ẽ nomine theseis. Hinc illud Juue. Rauci theseide codri.
Thesis latine positio figura que distinguit sensus orationis per cõmata. i. subdistinctiones quas nos virgula signamus p cola. i. mẽbra: nos duobus pũctis per periodos: id ẽ terminos finita sententia puncto. Dicta positio vel positura: quia punctis positis con

uenientes denotat sensuum partes: vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.

Thessalia regio grecie que sub attica olim cōprehendebatur ex vna parte Boetiam: ex altera macedoniam hīs. Prius hemonia ab hemone rege: et Pelasgis: et conargo atq; hellas. Ūñ reges Helenes: vt Plin. lib. iiij. refert. Dicta thessalia a thessalo emonis vel Jasonis z medee filio. hāc Homerus argopelasgiconominat. et Stra. lib. x. scribit dictam fuisse prisc̄is seculis pyrrheam a Pyrrha deucalionis vxore. In hac natus est grecus rex: a quo grecia. ibi Deucalion cum vxore pyrrha quorū cēpore (vt inquit Aristoteles (ingens imbriū illuuies maiorē partē populorum thessalie absumpsit paucis qui ad montiū culmina sese receperāt p̄seruatis: inter quos deucalion parnasum petierat ratibusq; ad se confugientes per summa parnasi iuga benigne fouebat. In thessalia sunt montes. xiiij. quorū nobilissimi Pieria parens domusq; musarum. Pelion et Ossa gygantū bello memorati. Itē Pindus z Othrys lapithaꝝ sedes: itē olympus. Flumina in ea vt scribit Herodo. sunt apidanus: enipeus: onochonus: pamisus: peneus: z phenir. A thessalia fit thessalus a. um. penulti. cor. et thessalicus a. um.

Thessalonica penulti. producta vbs metropolis macedonie: a qua thessalonicenses dicti sunt populi. Hec fuit patria theodori gaze: qui ętate nostra in vtraq; lingua doctissimus habitus est: qui e greco in latinū librum de animalibus aristotelis traduxit: et alia multa opera edidit.

Thesmophoria cerealia latine est sacra cereris ḡ grece dicit thesmophora: quasi legifera. Prima em̄ ceres leges inuenisse proditur: quia ante frumētū inuentū homines sine lege vagabant: et ex agrorū diuisione primo nata sunt iura. Quib. Prima dedit leges ceres sunt omnia munus. Greci θεσμοφορον legislatorem appellant: et legiferū.

Thespie oppidū liberū in boetia ad radicē parnasi: vt inq̄t Pli. vel vt Stra. inq̄t heliconi. primū: thespias nobilitauit Praxitelis cupido a glycerio meretrice ibi consecrata. Hinc thespiades dicte sunt muse: seu nymphe thespias incolentes.

Thespici populi sunt grecie.

Thestylis nomen proprium mulieris: de qua Virg. in buccolicis.

Thestor fuit vir troianus Calchantis pater.

Thesiphone: vide retro thisiphone.

Theta nomen est lre grece: ḡ vim retinet th. aspirati.

Thetis nomen matris achillis: de qua supra in dictiōe tethys: de nuptiis hui⁹ Luci. facit pulcherrimū dialogū: cuius vba greca ponā multoꝝ loco latinorum

εἰδεσ ω γαληνηχθεσ οια εποιησ ερ η εριστ παρα το δεῖ προν et subdit μηλορῖ παγκαλον φρυσ ουν ολον ω γαληνη επεγεγραπτο δε ηκαλη λαβεῖω κυλιρ δουμερον δε του το ωσ περ ἑξεπῖηδεσ ηκε ερθα ηραῖε και αφροδιτη και αθηνα κατεκλι γοντο ανπειδη ο ερμησ αρελομεροσ επελεξεῖο τα γεγραμμερα.

Theuthras fuit cilicum ac mysorū rex: a quo theuthramia regio: et theuthrana vbs iuxta pergamū.

Theumessus penulti. pro. mons boetię a quo leo theumessius dictus inaudite magnitudinis: qui omnibus terrore erat: quem Hercules adhuc pene puer occidit: eiq; pellē detraxit: qua postea pro pallio semper vsus est. Est etiā hoc nomine fluuius z regio et parvum oppidum in thebanis finibus. Hic leo a Ioue in celum translatus dr: vt gloze herculis cōsuleret: qui eum inermis occiderat.

Theutoni pe. cor. populi germanie qui z theutones z theutonici dicunt. Luc. lib. vj. Cantaber exiguis et longis theutonus armis. Hi vt Pomp. scribit loca incolūt prope mare aciacum. Hi duce theutholoco Romanorū fines inuaserūt: quos Marius deuicit.

Thlasias dicit qui habet testiculos attritos.

Tholus greca dictio: qua significat veluti scutū breue q̄ medio in tecto ponit in quo trabes coeunt: et ad q̄ dona suspendi consueuerūt. Virg. lib. ix. Si qua ipse meis venatibus auri Suspēdi vt tholo aut alta ad fastigia veri. Quidā accipiunt tholū p testudine alicuius edificii: siue pro domo rotunda. Quib. lib. vj. fast. Vox didici curuo nulla subesse tholo.

Thorax latine pectus: vnde z munimentū: siue lancea: siue ferreum: quo pectus protegit: thorax appellat. Stra. libro xb. Propugnat pectora thorax. Julius Pol. scribit thoracem esse quicquid anterioris duntaxat partis colloq; vsq; in coxendicem protenditur quē conficiūt crates costarum. Qui et ολμοσ hoc est mortarium dicitur. Medici tamē in resectionib⁹ humani corporis thoracem accipiunt inane quiddā in pectore extremas costarum partes vtrinq; contingens. Unde legimus Plinii dicentē. Thoracis vitia purgat: que videlicet intra septa pectoris continentur. et Cor. Celsus docet thoracem tussi obnoxiū Amb. lib. hexa. accipit pro ea parte in quā alimenta recipiuntur. ait em̄ Thorax vt suscipit alimenta ita superflua ciborum et succos salubres sanguinēq; discernit. Juuena. pro tunica que em̄ pectus tegit cuiusmodi infantes gestare mos est. Viridem thoraca iubebit. Sue. de Aug. Hyeme quaternis cū pingui toga tunicis: z subucule thorace laneo z femoralib⁹ et tibialibus muniebatur. Est etiā quādo thorax turrim significet: et est generis masculini: a cuius accusatiuo greco θωρακα: quidā hęc thoraca ce. declinātur vnde thoracatus.

Thoracatus qui thorace indutus est. Plini. lib. xxxv. Parrhasius pinxit nauarchū thoracatū.

Thoa fuit vna ex nymphis filia Oceani: z tethyos.

Thoas antis. fuit rex in taurica regiōe: de quo Quib. lib. iij. de pon. Regna thoas habuit meotide clarus in ora. Hec fuit eurinis notior alter aquis. Alter rex lemni fuit liberi patris filius: et pater Jsiphyles. Fuerunt alii hoc noīe.

Thomas nomen hebraicū viri ꝓprium.

Thon thonos fuit primus: qui apud egyptios medicinā in artē redegit. Alter fuit rex canopi. Thoon ꝓper geminū oo. fuit vir troianus.

Thoota phorci filia ex q̄ polyphemū neptūnus genuit

Thous fuit vnus ex principibus troianis.

Thrace es. et thraca e. et thracia Europe regio inter partes scythię posita Macedoniam sequens: que a septentrione Jstrum habet: ab oriente pontum. A meridie egeum mare. Olim scython: postea thracia a thrace Martis filio seu ab asperitate dicta. Grece em̄ θραχυσ asperū dr. Est em̄ regio vt Pompo. scribit: nec celo: nec solo tractabilis: et nisi qua mari propior: est infecunda frigidaq;. Habet feros homines aspero cultu. In ea sūt vrbes celebriores Apollonia. Enos. Nicopolis. Byçantiū. Perinthos. Lysimachia. Calipolis. Amnes sunt hebrus z nestos. Montes hemus: Rhodope et orbelos. A thracia fiunt adiectiua thrax: thracus: thracius: et thracēsis. A thrax fit femininū thressa vel thraissa diuisa diphthongo: et adiectiuum thraicus et thraicius. Item a threix quod thracensem indicat fit femininū thressa: et threissa. Et adiectiua threicus: threicius: de quibus habent exempla apud poetas.

Thrascias ventus qui z thracias z thrascias dr. Aristo. Post argesten ventū flat thrascias spirat inter septentrionē z occasum solisticialem.

Thrasyllus nomen viri propriū: et latine dicitur temerarius audax.

Thrasybulus vir athenien'is: de quo emilius probus ait: q̄ si per se virtus ponēda sit dubito an hunc primum oim ponā. Illud sine dubio neminē huic q̄fero fide: pstātia: magnitudine animi: et amore in patriā. Hic athenas a triginta tyrannis oppressam in libertatem redegit. Fuit ⁊ alius Hilesiorū tyrānus.

Thrasymedes fuit filius Nestoris.

Thrasus nomen viri quod apud nos fiduciā significat quę grece θρασος dicit.

Thrasumenus penul. pro. lacus in agro perusino: quē semel totum arsisse scribit Pli. lib. ii. De hoc Ouid. libro. vi. fast. Sunt tibi flaminius thrasumenaq̄ littora testes.

Thraso nomen viri ꝓpriū apud Terentiū.

Threnos generis neutri: latine dicit lamentū quod in funeribus fit: quo primū Symonides vsus est apud grecos. θρηνοσ essi planctus ōr.

Threnodia cantus lugubris.

Thrips tinea: απο τοῦ θρηπτειν: q̄ significat terere. i. frangere.

Thryus untis. vbs in helide. A thryunte athenien'i conditore dicta. Est et fluuius helidis qui in alpheū decurrit: de quo Home. lib. ii. Ili. meminit.

Thronus a nostris sedes siue soliū dicitur: Cuius in scripturis sacris throni quādoq̄ non pro cathedris sed ꝓ virtutibus aliquib⁹ in celestibus: in quibus deus semp sedeat: quasi in quadriga sua ponat.

Thyas bacchi sacrificula.

Thucydides is. et de ꝓpriū nomē historici greci.

Thyasus saltatio ⁊ chorea dicit: quę baccho exhibebatur a θυω sacrifico. Virgi. Instituit daphnis thyasos inducere baccho.

Thyestes fuit filius Pelopis ex hippodamia: et Atrei frater ac tātali nepos: de quo poete scripserūt. Inde thyesteus a. um. Ouid. li. xv. meta. Neue thyesteis cumulemus viscera mensis.

Thyella a nostris procella ōr: ponitur q̄ ab Homero pro vna harpyarum.

Thurinus genus est piscis marini. Thurinū oppidum inter duos amnes cratim et sybarim: vbi herod. condidit historiā. Taurini populi sunt: quos Plinius in tertia Italię regione collocat.

Thurion ciuitas fuit in sinu tarentino: que vt quidam putāt etiā thurana vocat

Thunnus per duplex nn. nomen piscis.

Thus ⁊ thuscia: vide in dictione thus.

Thymbra genus herbę aromatice abundātis in phrygia: quā thymalē vocamus. Virgi. lib. iiii. geor. Et grauiter spirantis copia thymbre. Herba hęc est calida ⁊ ficca: ⁊ latine dicit satureia: a satyris: q̄ sint in venerē nimis hęc anialia prona.

Thymbreus apollo dict⁹ est ab agro troie vicino thymbre pleno: in quo eius est nemus et templū. Sane p e scribitur: quia a θυμβρη. In deriuatione essi η in diphthongū sępius mutat vt αιγιρη etneus. Διρκη dirceus. κρητη creteus: vel thymbreus: quasi τοο μβραθειοσ: hoc est imbres excitans.

Thymele penul. cor. nomen mulieris: quę prima saltationē in scena docuit. Greci thymelen scenā vocant: hoc ē eā theatri partē: vbi gestiūt histriones. Var. Qua thymelen spectas derisorem q̄ latinū. Suidas scribit fuisse aram in theatris thymelen.

Thymelici ludū histrionnes. vnde a Victr. dictum est Scenici et thymelici grece seperatim nominātur in decretis dis. vlti. deiconse. sacerdotes admonent de cōuiuio surgere debere anteq̄ thymelici ingrediant.

Thymiama atis. odor suauissimus thymi naturā referens. Hoc incendebatur in sacrificijs appellabanq̄ greci thymiateria vasa odorum: que maiores nostri acerras dixerunt.

Thymus ⁊ thymum herba apibus gratissima. Virgi. Dūq̄ thymo pascent apes: dū rore cicade. Macer. Si desit thymus pro thymo ponere thymbrā: Precipiunt medici. Sunt autē thymi duo genera albus: scz ⁊ nigrū. Ex bithymū mel quod ex vtroq̄ thymo collectū est. Et thymus vt inquit Iul. Pollux verruculā est egyptie fabę magnitudine scabra ⁊ subrubēs sanguine cui⁹ summa pars (vt Celsus inquit) florem thymi repsentat in genitalib⁹ sede femineis⁹ palmis et inferioribus pedū partibus.

Thymallus genus piscis precios⁹: de quo Amb. libro hexa. Neq̄ te inhonoratum nostra persecutiōe thymalle dimittā: cui a flore nomē inoleuit: seu ticini vnda te fluuinis seu amęni atheſis vmbra nutrierit flores. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant hoc tu corpore tuo spiras.

Thyoneus cognomen bacchi q̄ a θυω pro sacrificio deductū putant: quod illi adhuc inter humanos versanti sacrificia reddebant.

Thyre ciuitas messeniorū. sed diuus Augustus lacedemonijs ascripsit: q̄ Messenij cū Antonio sensisse viderent. Papi. Et lacedemoniū thyre lectura cruor. Hinc thyreatice spartanoq̄ corolle quedā appellate. Sciendū est thyre numero plurali/ genere neutro ꝙ sine resin efferri. θηρεα και θυρη etiā si nūero singulari. Thyrea q̄q̄ dici pōt. Stra. thurią appellat. Est ⁊ thyreum oppdiū in archadia: thyre etiā grece latine ostia dicunt. A quo thyridion ostiolum.

Thyrsis nomen pastoris ꝓpriū.

Thyrsus virga ⁊ caulis cuiusliber herbę: presertim lactuce. Pli. Iuuentū omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare vsceis conditos ac recentes in patinis. Idem. Folia lactuce tosta thyrsusq̄ ex aceto bibuntur. Alij accipiunt thyrsum pro hasta aculeata hederis obtecta: qs in orgijs bacchicis quatiebant. Tacitus. Messallina crine fluxo thyrsum quatiens. scribit Diod. Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis armatas. et Macro. ait Liberum patrē tenere thyrsum: quod est latens telum: cuius mucro hedera lambente protegitur. Unde thyrsigerus dictus est bacchus. Seneca in Medea. Candida thyrsigeri proles. Lucretius accipit thyrsum pro furore seu ardore ⁊ instinctu: cū ait Percussit thyrso laudis spes magna meū cor.

Thysbe thysbes vel thysbe es. nomen puellę babylonice: de qua Ouid.

Thyssagete populi fuerūt in scythia vltra sauromatas. In horū agro sunt q̄tuor flumina: videlicet Lycus: Oarus: tanais: et syrgis.

Tiara generis feminini penultima producta ornamentum capitis persicaq̄ prius mulierum. Quo postea vsi sunt reges ⁊ sacerdotes. Iuue. Et phrygia vestitur bucca tiara.. Virgi. per vsurpationē dixit. Sceptrumq̄ sacerq̄ tiaras. Hier. ad Fabiolā. Quartū est genus vestimenti rotūdū pileolum: quasi sphera media sit diuisa: et pars altera ponat in capite. Hoc greci ⁊ nostri tiaram nonnulli galerum vocāt. Non habet acumen in summo: nec totum vsq̄ ad comas tegit: sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit: atq̄ ita in occipitio vitta constrictus est: vt non facile labatur ex capite.

Tiatira: vbs in mysia ad sinistrā caici fluminis partē: quę fuit vna ex septē ecclesijs: ad quas Joānes apostolus scripsit apocalypsim.

Tibia ꝓrie os cruris oppositū sure. Itē instrumentū

musicum quo tibicines canunt: sic dicta q primo ex gruum tibijs facta sit: a quibus nomen habet cum ex harundinibus facta sit. Hora. Tibia non vt nūc orichalco iuncta tubeq.

Tibialis ⁊ hoc tibiale: quod est idoneū ad tibias faciēdas. Plini. Tertia harundo est tibialis calami quā auleticon vocant.

Tibialia substantiuū dicunt velamēta tibiarum quinetiā arma quibus crura muniunt tibialia vocantur. Sue. de Augu. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis ⁊ subucule thorace laneo ⁊ femininalibus ⁊ tibialibus muniebat. Paulus Jurecō. Si tibiale vel humerale miles alienauit castigari verberibꝰ debet.

Tibicen penul. pro. qui tibia canit. Dicit et tibicina fg. genere. Hel. Feminas etiā tibicinas in exercitu habuit. Varti. Ebria nos madidis rūpit tibicina buccis Et tibicines in edificijs appellant columnelle quibus rustici tecta sua fulcire solent a similitudine tibia canentiū: qui vt cārātes sustinēt: ita illi edificioꝝ tecta: nec hꝫ in hoc significato nisi ablt̄m in singlari. Iuue. Nos vbem colimus tenui tibicine fultā. Quicquid etiā in sustentaculo alterius ponit tibicen dr. Ouid. lib. iiij. fast. Hec modo versabat stātem tibicine telā vnde Virg. per trāslationē sua hemistichia tibicines vocauit. Ipse quoq particule quibꝰ versus replent tibicines a grammaticis appellant. Virg. Sic forte precat. Nam forte vacat.

Tibareni vt Herod. lib. iij. testat: fuerūt ppli scythici in asia. De quibus Hier. Tibareni quos dilexerint senes suspendunt in patibulis.

Tyberius: nomē imperatoꝝ Ro. Augusti successoris. Tyberij aut ex eo dicti sunt q iuxta tyberim fluuiū nascerent. Unde ⁊ per y. scribi solet.

Tibisis fluuius in scythia: vt auctor est Hero. lib. iiij.

Ticinus fluuius insubrie in eridanū fluēs a quo ticinū vrbs: que nunc papia dicit: insignis diui patris Augustini corpore. Serenus penultimā huius nominis corripuit: cū ait. Alia hꝫcepit ticini sententia necti.

Tignus masculini generis: et tignum neutri trabs qua varie disposita domus extruit. Et ,prie cui superponitur tectū a tegendo nomen deductum. Et tigni nomine omne genus materie: ex qua edificia constāt cōtinet. Sed et in vineis tigni apellatiōe omia vineis necessaria cōtinent: vt puta pertice pedamēta. Hinc cōtigno as. quod est tignis tectum iungo. Plin. lib. ix. Alexandri magni classium prefecto prodidere in domibus fores maxillis beluarū scz balenarū facere ossibus tecta cōtignare: ex quibꝰ multa quadragenū cubitoꝝ longitudinis reperta. Et cōtignatio textura ipsa trabiū ac tignoꝝ. Coassatio vero assium dicit.

Tignarius: faber non solū is qui tigna dolat: sed etiam qui solaria lignea hoc est qui trabes: ceteraq ad tabulata domus vtilia: et omnis qui edificat intelligit inquit Caius.

Tigillus diminutiuū est a tignus: tigillū a tignū: sicut sigillum a signum.

Tigranes is. et tigrane penul. pro. ,prium nomen regis medoꝝ: seu maioris armenie. Luca. lib. ij. Tigranē q meū: nec pharnacis arma relinquas.

Tigrana vrbs in Media regione.

Tigris animal velocissimū et truculētum a velocitate nomen trahit. Nam medi tigrim sagittā appellant. Abūdat hyrcania tigribus. Virgilius. Hyrcaneq admouunt vbera tigres. Arrhianus qui res gestas Alexandri condidit tigrim feram indicā nō eam esse voluit: quā vulgus tigrim noiet: sed hanc esse thoa. Tigrim vero equi magnitudine: flumenq magnum: tigris etiā apellat ,prer velocitatē: qui instar bestie nimia pernicitate decurrit. Hic de paradiso exiens iuxta scripture fidē: pergensq contra assyrios ⁊ post multos circuitꝰ Josepho teste in mare rubrū defluit. Solinus tigrim fluuium in armenia caput attollere dicit in loco edito et lucido conspicuoq fonte. Nec ab exordio statim totum esse: primo pigre fluere nō cum suo nomine. At cum fines medorū inuectus sit tigrim statim vocari. Arctusam lacum influere gravia pondera sustinētem: cuius pisces nunq se alueo tigridis immisceāt: sicut nec amnici stagnū attingāt aretuse. Hor. arabas preterfluens mesopotamiam amplectitur: et hidaspem accipiēs euphratemq defertur in sinum persicū. A tigri fluuio dicti sunt transtigritani: q trans tigrim habitāt sicut transpadani. Et tam pro fluuio q pro animali tigris vel tigridis genitiuum facit.

Tigurini fuerunt populi germanie: qui quartā partem heluetie continebant.

Tile nomen duarū insularum: quarū vna est in oceano inter septentrionalē et occidentalē plagā vltra Britanniā: q vltima fuit ex cognitis a romanis. Virgili. lib. j. Georg. Tibi seruiat vltima tile. In ea solstitio estuo nullas esse noctes. Pli. tradit. Econtrario vt Solinus refert brumali solstitio nullꝰ pene dies Ultra eam pigrum et concretū mare esse ferūt. Altera in aphrica contra sinum carthaginis: sunt tamē qui scribant thyle per ypsilon.

Tilos insula (vt scribit Plin. lib. vj.) cū oppido eiusdē nominis in mari Indico celeberrima plurimū margaritis. Ipsa refert palmas: oleas creat: vineis abūdat. In ea omis arbor nunq folijs spoliat. Mons caucasus non longe ab ea incipit: qui maximā orbis partem perpetuis iugis penetrat. Eadē insula habet lanigeras arbores: vt scribit Plinius libro. xij. Que cotonei mali amplitudine cucurbitas et maturitate rupte ostendūt lanuginis pilas: ex quibꝰ vestes pretiose fiunt.

Tilia arbor: quam greci phylyra appellant: cuius ⁊ ex alijs arboribus tilie dicantur. Nam de interioribus corticis vlmi tunicis e quibus vincula tilie vocātur. vnde Plinius de vlmo differens. Corticis inquit interior tilia lepras sedat. De arbore tilia. Virg. lib. ij. Geor. Nec tilie leues: nec torno rasile buxum. Hinc tiliaceus a. um. vnde fascie tiliacee. Jul. Capitolinꝰ de Antonino pio. Cū senex ingr ⁊ lōgeuꝰ esset: incurvareturq tiliaceis tabulis in pectore fasciabat.

Tilium vrbs littoralis a latere occidētali sardinie.

Timauus penul. producta nomē fluminis iuxta aquileiam: qui e montibus delatus decidit in profundū: deinde infra terram absorptus stad. circiter. xxx. et centū erumpit in mare.

Timeus nomē ,prium phi locrensis: cui diuinū illud opus Plato inscripsit: in quo de rerū creatiōe disserit: quod Lice. postea latinū fecit.

Timarchides nomen viri ,prii cōpositū ex τιμή qui est honor: et αρχοντος principis. Facitq in gtō timarchidis ⁊ timarchide.

Timātes nomē pictoris celeberrimi: parrhasii emuli: inter eius ꝺo ingenij monumēta Iphigenia oratoꝝ laudibus celebratur.

Timor (vt Licero libro. iiij. tus. inquit) est metus mali appropinquantis.

Timeo es. mui. varijs modis construit. Dicimus em timeo te tanq inimicū: timeo tibi tanq amico/ne qd mali tibi accidat. Teren. Pamphili vitę timeo. Timeo mihi abs te. Jdē. Dei mihi timeo a Chrysīde. Jnuenit etiā cū ablatiuo mediāte de. Ouid. lib. iiij. fasto. Nec timui de morte tamē metus abstitit. Jtē dicimus timeo furem tauro. Iuue. Cū furem neimo timeret Caulibus: aut pomis. Et timeo mihi abs te mortem. Sciēdū est hoc verbū timeo idem efficere: vel cum negatione: vl sine ea: vt timeo vt moriatur.

ꝛ timeo ne moriaꝫ. Hoc idem facit metuo vereor ꝛ hmõi. Composita sunt extimeo: qđ est valde timeo. Plau. in cis. Extimuit tũ illa. Hinc extimesco. Cice. in La. Nõ igit adolescẽtes ꝛ hi quidẽ nõ solũ indocti/sed etiã rustici cẽtẽnũt: id docti senes extimescũt. Pertimeo sĩiter valde timeo. Idem lib. ij. ad herẽ. Defensor si pertimuerit magnitudĩe periculi/nõ cõscictia peccati cõmotũ se esse dicet. Si nõ ptimuerit: fretũ innocẽtia negabit se esse cõmotum. Hinc pertimesco. Lactã. li. iij. Quare nõ est qꝫ phis tantũ honoris habeamus: vt eorũ eloquentiã pertimescamus. Hiero. Huic verbo addidit valde. Et quo timeo et valde pertimesco. Pretimeo/ante tẽpus timeo. Lactan. lib. vj. Nam parcere. i. mediocriter vti pecunia q̃si q̃dã animi pusillanimitas est: aut ptimẽtis ne sibi desit. Plau. in am. Humana matre natus/humano patre mirari non est equũ sibi si prætimet. Et habenti syllabã correptã.

Timens ꝛ timidus sic differunt: qr timens ex causa ad tempus timet: timidus semper timet.

Timotheus pe. cor. nomẽ proprijũ cononis atheniẽsis filij q̃ acceptã a patre gloriã multis auxit virtutibus. Fuit em̃ diserꝰ impiger laboriosus/rei militaris peritus: ꝛ qđ sup omnia est εὐτυχησι. fortunatus imperator habebaꝫ: cui statua publicitus in foro athenis posita est: ob victoriam qua/victis lacedemonijs imperiũ athenienſiũ auxit. Post huius obitũ nõ fuit quisq̃ fere athenis dignꝰ memoria. Fuit alter timotheus in arte tibiarũ clarꝰ: quẽ ferũt duplices ab his quos alius instituisset solitus exigere mercedes: cũ si rudes traderẽt: geminatũ sibi/opꝰ dicebat dedocẽdi prius mox docendi. Dictus timotheus ex τιμη honor ꝛ θεος deus.

Timon appolloniates phus/qui apud calcedoniã philosophiã ꝛ oratoriã exercuit/charus Ptolemeo philadelpho. Scripsit tragedias ꝛ comedias ꝛ satyras. Dictus amarulẽtus ꝛ mordax syllorũ. i. dicacitatum scriptor: de quo Gel. Timon amarulẽtus libris̃ maledicentissimũ cõscripsit: q̃ syllos inscribit. Fuit ꝛ alꝰ timon athenienſis qui ob naturę asperitatẽ inhumanus ac inhospitalis appellatꝰ est ꝛ misantropos: id est oso: hominũ. Fugiebat em̃ hominũ congressus atq; colloquia/pręter vnius Alcibiadis. In eiꝰ sepulchro hoc erat epitaphiũ: qđ ipse sibi fecit. Hic sum post vitam miseramq; inopemq; sepultus. Homẽ nõ ḡras dũ lector te male perdant.

Timoniacus fuit pictor byçantius Cęsaris dictatoris ętate qui aiacẽ Cęsari pinxit.

Timoleon/vir corinthius clarissimus omniũ iudicio: q̃ oppressam a tyrãno patriã liberauit: de quo Plutarchus multa scripsit.

Tinea/vermiculus est qui de carne editus vestes aut libros abrodit. Hora. ad libũ. Aut tineas pasces taciturnus inertes. Aut fugies vticã/aut vinctꝰ mitteris ilerdã. Et in ecclesiasti. De vestimẽtis pcedit tinea ꝛ a muliere iniquitas viri. Item tineę vẽtris animalia sunt. Alminthes greci dicũt in intestini recti extremo reptę. Was Lel. lũbricos appellat. Item tineę sunt vermes in aluearibus apibus noxij. Col. lib. x. Preterea vt tineę si apparuerint euertant: papilionesq; enecent qui plerũq; inter alueos moratꝰ apiꝰ exitio sunt. Mã ꝛ ceras erodũt ꝛ stercore suo vermes pgenerant quos alueorũ tineas appellamus. Hinc tineosus a. um. vt aluei tineosi. apud Col. lib. x.

Tinia/vasa vinaria apud antiquos fuere: vt inq̃t Festꝰ Monius tinias appellauit: apud quos grãdiora nõ erãt: veluti apud nos sub hocvocabulo habẽtur: nec ad eos vsus parata. His nãq; e ligno fabricatis musta cũ vinaceis nostra ebulliũt: apud veteres autẽ inẽ epitrapegia numerant.

Tinnio is. sui. itũ. pprie de metallis dr: cum ex eorum pulsatione sonus efficit. Tinnit em̃ aurũ/argẽtũ/es ferrũ/stanũ/orichalcũ ꝛ hmõi.

Tinnulus a. um. pe. cor. qđ est acutũ: vt vox tinnula: ꝛ sonus tinnulus q̃ reddit ex gneis vasis cũ pulsantur. Ouid. Tinnulaq; era sonãt ꝛ olẽt myrthęq; crocicq;.

Tintino as. pe. cor. vt tintinaꝫ apud Catul. in carmine sapphico. Dicit ꝛ tintinno is. ui. Afra. Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinnabulũ ꝛ tintinnale instrumentũ gneũ: vulgo cẽpanellus/nomẽ factitiũ a voce quã facit tintin. Iuue. Et tintinnabula dicas pulsari nemo tubas.

Tingo is. xi. ctũ. vel tingo significat inficio/madefacio/imergo. Var. Veteris iuuenẽ tinctis lentine capillis. Lac. lib. iij. Cũ primũ ceperit adolescere/ tinctꝰ est a Johãne pphęta in iordane flumine. Virgi. Quid tãtũ oceano pperẽt se tingere soles. i. imergere. Huius cõpositũ est intingo. Pli. Omnibꝰ q̃ cõditũ q̃q; intinguntẽ desideratũ ſętoꝛẽ tollit mãducatũ.

Tinctura/infectio. Pliñ. lib. xxxvij. Adulteraꝫ maxime tinctura: idq; in gloriã regis egyptij adscribitur/ qui primus eam tinxit.

Tinctile pe. cor. qđ intinctũ est. Ouid. de tris. Et tinctile virus. i. qđ intinctũ est spiculo sagittę.

Tiphernũ /ciuitas vmbrię: q̃ nũc ciuitas castelli dr nobilis alũno Gregorio: grecis/latinisq; lr̃is appme docto: sicut eiꝰ opa eloquẽter elucubrata manifestant.

Tiphis vir arte carpẽtaria celebris: q̃ primꝰ gubernandi naues adminicula instituit. Senec. in medea. Tiphis in primis domitor pfundi. Apolonius in principio. Τιφυς δε αγριαδησ συφεου αλλιπεδη μορ. Ibi autem. θεων ꝛ alij interpretes αγαθοσ μερ καὶ ημερασ τω ηλιω γυκτοσ δε προσ τιρα τω ασ τερων τον καιρον του πλουτεμηρασθαι.

Tipula. pe. cor. vermis sex pedes habẽs/sed tãtę leuitatis: vt super aquã currẽs nõ desidat. Plau. Neq; tipulę leuius pondus est q̃ fides lenonia.

Tiryns tis. generis mas. fluuiꝰ est in argo. Tiryns generis fę. nomẽ est patrię herculis in peloponeſo q̃ prima argos ia Pli. tirynthia vocaꝫ. Vñ ꝛ hercules tirynthiꝰ appellatꝰ est: q̃uis thebanꝰ quoq; dicaꝫ.

Tisiphone pe. cor. vltricẽ cedis significat. Est em̃ vna ex furijs a cedibꝰ plectẽdis dicta τισισ vltio vel pena φονοσ vl φονη cedes aut mors cui cura sit mortis vltio. Hora. in ser. Seruilibꝰ vtq; iam peritura modis hęcatẽ vocat altera seuã. Altera tisiphonẽ.

Titan ꝛ titanꝰ pe. p. saturni frater: cęli ꝛ vestę filꝰ qui etiã pro sole ponit: quoniã a titanibus duxit originẽ. tradũt titanas sex fratres fuisse ꝛ quinq; sorores a titea matre dictos: vt auctor est Diodo. Ex quibꝰ vnꝰ fuit Japetꝰ paꝫ promethei hiperionq; ex titanũ numero q̃ solis ac lunę stellarũq; motus obseruasse atq; demonstrasse primus fertur. Ideo solis parẽs ꝛ astrorum fertur. Hinc sol titan: luna titanis a poetis dicũtur. Ser. sic habet. Ferũt fabulę titanas ab irata cõtra deos terra in eius vltionẽ creatos. Vñ ꝛ titanes dicti sunt απο τησ τισεωσ. i. ab vltione.

Titanꝰ saturni frater. Quo etiã nomine dictꝰ est mõs thessalię a cãdore dictꝰ. Titanis idis. dicta est Luna.

Titio/lignũ adustũ: qđ ab igne extrabitur: vt est apud Esaiã: Noli timere ꝛ cor tuũ ne formideꝛ duabus caudis titionũ fumigantiũ istorũ.

Titillo as. per blãdimẽta ingero/prouoco/ cõmoueo: vt fit cum quis carnis pruritũ sentit. Mã titillari dicuntur sensus qñ mouenẽ gestiũtq; voluptatis dulcedine. Verbum translatũ a titillatu alarũ vbi dulcedo scalpẽdi est: sicut scribit Pli. lib. xj. Lactã. li. vj. Ergo illecebrę iste voluptatũ arma sunt illius cui vnus opus est expugnare virtutẽ/iusticiaq; ab hoibus ex/

cludere. Vis blandimẽtis ⁊ suasultatiõ titillat alas. Scit cũ qꝫ mortis fabricatrix est voluptas. Cice. in Cato. Et nõ voluptatũ tãta ꝗ̃ titillatio in senibus.

Titus ꝓnomẽ romanorũ est: a Tito bonore.

Titulus/index cuiuscũq; opis. Cũ in statuis siue pictu ris titulũ dicimus litteras: quę vel artificis/vel eius cui⁹ statura vel imago est nomẽ demõstrat/vel rẽpus quo factũ est declarat. Sue. Plurima ⁊ amplissima opera incendio consumpta restituit: sed omnia sub ti tulo cũ suo ac sine vlla pristini auctoris memoria. Itẽ titulus libri dicit ꝗ vel qualitatẽ opis vl nomẽ aucto ris vel numer⁹ ostẽdit. Var. Primus vbi est inquis cum sit liber iste secũdus. Quid faciã si plus ille pu doris habet? Tu tamẽ hunc fieri si mauis regula pri mũ Vnũ de titulo tollere iota potes Ouiõ. li. de re. amo. Legerat hui⁹ amor⁹ titulũ nomẽq; libelli. Dict⁹ titulus a tuẽdo quasi tutul⁹/ ꝙ tueak factũ/auctoris ⁊ si quis alterius opus esse contẽdat: veri opificis in dicet nomẽ. Per trãslatiõ ẽ qñq; ponit ꝓ laude ⁊ di gnitate. Ouiõ. li. ü. de fas. At tua ꝓsequmur studioso pectore Cesar Nomina: ꝓ riculos ingredimurq; tu os. Aliqñ ꝓ monumẽto. Apul. Auorũ ⁊ proauor titulus clarus. Tituli etiã dicti sunt milites: quasi tu tuli/ꝙ patriã tueanẽ. Unde ⁊ Titi ꝓnomẽ est ortũ. Persi. Nec neq; more ꝓbo videas nec voce sere na. Ingentes trepidare titos.

Titulo as. titulũ impono. Hiero. in ꝓlo. super Dñs. Scicdũ est cẽtũquinq̃ginta psalmos Dauid cecinis/ se: ꝗ̃uis aliorũ nominibus titulẽtur.

Titubo as. peñ. cor. ꝓprie pedib⁹ insistere nequeo qua les sunt ebrij/aut infirmi. Quinti. Sed iugulasti vul neratũ/titubantẽ strauisti. Transfertur ad animũ: vt apud eundẽ. Neq; vlla vnq̃ tanta fuerit dicendi fa cultas: que nõ titubet aut hęreat quotiens ab animo verba dissentiũt. Titubare quoq; lingua ⁊ dentes di cuntur. Lactã. de ira dei Arescant oculi/os tremat/ lingua titubet/dentes cõcrepent.

Tithymalus pe. cor. generis fruticis: quę a nostris lactu ca marina dicit. Col. lib. x. Tithymalus maiorũ q̃s animaliũ ventrem soluit. Idem paulo supra: Dari mus q; vel minimus annuus earũ labor est initio ve ris: quo tithymali florẽt fruter.

Tityrus pe. cor. nomen pastoris. Virg. in buc. Tityre tu patulę rẽ. ⁊ apud nos aries maior dicit.

Tiçyus/Iouis filius. De quo Virg. li. vj. Necnon et tiçyon terrę oiporẽtis alumnũ Cernere erat. Hicyt ferẽ in fabulis cũ latone vim inferre vellet ab Apol line sagittis cõfossus apud inferos magno cũ crucia tu demersus fuit. Ouiõ. li. }. de pon. Sic inconsum ptum tiçũ semp q; renascẽs: Non perit vt possit sepe pire iecur. Qui⁹ magnitudinẽ corpis poetę dixerunt fuisse nouẽ iugerũ. Cũ Tibul. Porrectusq; nouẽ tiçy us p iugera terrę: Assiduas atra viscere pascit aues.

Tithonus pe. ꝓ. fuit Laomedõtis filius. Qui (vt fa bulę ferũt) cũ iuuenis esset ⁊ decorus ab aurora dile ctus ⁊ raptus fuit. Et qua Hennonẽ genuit/sed tan dem post longissimã vitã audita Hẽnonis filij mor te in cicadã versus dicit: Dicente Horatio: Lõga ti thonũ minuit senectus.

T Ante OS

Tmolus pe. ꝑ. mons lydię: vt scribit Pli. lib. v. Croco florẽtissim⁹ ⁊ vitib⁹ nobilis⁹. Ser. scribit eũ esse cilicię: de ꝗ Oui. Riget ardu⁹ alto Tmolus in ascensu cliuoq; extẽsus vtroq; Sardibus hinc: illinc paruis finit hi peppis. Est ergo iuxta sardis: quę vrbs ex Herodoti Plinijq; testimonio in lydia est. A quo nomẽ flumini darũ est. Plini. lib. xxxiij. Nõ solitum inueniri nisi in flumine Tmolo. Apud Col. li. iiij. Tmolus videtur esse genus arbusculę: cui⁹ flores sint crocei. A poetis tñ qñq; supaddi. i. post. t. inuenim⁹. Ouiõ. li. vj. me. Deseruere sui nymphę vinctą timoli.

T Ante O

Tocos a ticto pario est id qõ corrupte dicimus stocus ꝓposito f sicut fœnus a feru.

Toga/vestis cõmunis omniũ romanorũ: tam fęminaꝝ q̃ mariũ: sed ꝓtexta honestiorũ/toga viliorũ. Dicta toga a tegẽdo q̃ cor⁹ tegat. Hęc lata erat ⁊ in sinũ multis crispulis subtracta succingebatur. Tibul. Et fluit effuso cui toga lata sinu. Hinc romani togati di cuntur. Virgi. Romanos/rerũ dños/gentẽq; toga tam. Qm̃ ꝺo in pace tãtũ togę vsus erat (nã in bel lo deposita toga chlamydẽ sumebãt aut lenã) factũ est vt toga ꝓ pace: sicut arma ꝓ bello ponat Pli. Ut dubiũ sit toga ne an bello ꝓstãtior fuerit. Toga rum ꝺo varia erant genera. At toga ꝓtexta/toga vi rilis/toga picta/toga regia q̃ erat auro ⁊ purpura in texta qua reges vtebanẽ q̃ a Liuio inter insignia triũ phantis numerat purpura añ vocitata: ⁊ erat sine pi ctura. Tunica palmata a latitudine clauorũ dicebat q̃ nũca genere picturę picta appellat. Interdũ toga accipit ꝓ peculiari habitu clientũ ⁊ salutatorũ q̃ to gati ibant salutatũ vt sportulã consequerenẽ. Var. Vane vel a media nocte togatus ero.

Togati/togis induti. Cũ romani togati dicti sunt: qm̃ toga romanorũ ꝓprija erat. Sic bi q̃ principes ciui tatis officiũ gratia in foꝝ deducebãt: ac deinde domũ reducebãt: qm̃ togis amicti erãt/togati vocabãt. Iu ue. Turbę rapiẽda togatę. Hi etiã per diminutionẽ togatuli dicebantur.

Togatę comedie: q̃ scripta sunt ꝑm ritus romanoꝝ: sic grecas fabulas ab illoꝝ habitu palliatas appellam⁹. Nam greci supra tunicã pallũ ferebant. Togatę ta bernarię dicũtur comedię in q̃bus non magistratus/ sed humiles personę inducũtur. Dictę tabernarię ꝙ olim tabulis domus cõmuniter tegerẽtur.

Tolero as. verbũ est male patiẽtis: a cuius participio fit tolerãter tolerãtia ⁊ toleratus tus. vt hoc est diffi cile toleratu. per simplerl sem: ꝓ scribit.

Tollo is. sustuli. ⁊ ꝑm antiquos tetuli sublatuz/signifi cat eleuo/sublimo. Plau. Tolle caput. Ulpiañ. Jus vicino nõ esse alti⁹ ędes tollere. Aliqñ tollere est ca pere. Virg. li. iiij. geor. Et sępe lapillos vt cimbe in/ stabiles fluctu iactãte saburrã. Aliqñ suscipe. Suet. de Neronis parẽte. Decessitq; pyrgis morbo aquę intercutis: sublato filio Nerone et agrippina germa nici genito. Aliqñ nutrire. Teren. Quicqd peperis/ set decreuerũt tollere. Aliqñ auferre. Cicero in Lel. Solem eẽ de mũdo tollere videnẽ: qui amicitiam e vita tollunt. Aliqñ differre. Plau. Omnes tollo et hoc die in aliũ dic. Aliqñ inferre. Virgi. Tollentẽq; minas ⁊ sibila colla tumentẽ. Lõposita huius verbi sunt: Attollo/qõ est in altũ eleuo. Cõtollo/cõtra tol lo. Plau. in aul. Contollã gradũ: Extollo/in altũ ele uo/exalto/magnifico. Plau. in am. Deuolãt angues iubari deorsum im pluuiũ duo marimi cõtinuo extol lunt ambo capita. Sal. Ita eorũ qui ea fecere tanta habenẽ quãtũ ea verbis potuere extollere ꝓ clara in genia. Interdũ differo. Cecil. Ubi intro atq; istbęc au fer: tamen hodie extollat nuptias. Protollo ⁊ sustol lo. de quibus locis suis.

Tolles dicũtur ꝙ tollantur ⁊ tumeant. Cuius diminu tiũ Tonsille q̃ sunt in hoie: sicut glandulę in sue cũ tumor fauces occupat.

Tolutim peñ. ꝑ. q̃si volutim: hoc est volubiliter. Var. Ut equ⁹ q̃ ad vehẽdũ est nat⁹: tũ tradit magistro: vt equiso doceat tolutim incedere. Adequitatio hęc ἐφ ἁρμοσ a Julio polluce ꝺr: qz carpat is cursu ter rã ⁊ tollat volubiliter ac modice vestigia.

Tolutarius siue tolutaris/equus quasi volutarius a pedū volubilitate qui alio noīe asturco ab asturia hyspanię oppido appellat. Hos gradarios vocam⁹ q̄ molli gradu ⁊ sine succursatura gestāt. Unde Mar. Hic breuis ad numez rapidos qui colligit vngues. Uenit ab armigeris gētibus astur equus. Seneca in epīs: Asturconibus inquit ⁊ tolutaribus inanis.

Tolutiloquentia/volubilis locutio. Uarius. O pestifera trux acerba tolutiloquentia.

Tomacula vel per sincopam tomacla/ędulia sunt q̄ fere ex iecore porcino minutatim cōcīso ⁊ iam semicocto/infusis ouis crudis ⁊ caseo optimo ⁊ liquamine pipere anisso gingibere fieri cōsueuerunt/tegunturq̄ omēto suillo. Plī. Tomacine appellant q̄ tomacula insubres galli nostris tpibus tomacellas. Iuue. Cādiduli diuina tomacula porci. Mar. Quotānis e gallia apportant Romā pene tomacine ⁊ tomace ⁊ petasones.

Tomices. pe. coz. greco noīe appellant ex canabi ipoito ⁊ sparto leuiť tortę restes: ex qb⁹ funes fiūt. Plī. lib. xvij. Tomice morīs spinarū circūlita. Uictru. liv̄. docet asseres tomice religādos. Puluilli q̄q̄ q̄s in collo habēt aialia ne reste lędant/tomices vocant.

Tomentū/lana breuis ac concīsa q̄ ex vestib⁹ a fullone poliendo detrahit: ⁊ quicq̄d farciminis ex quacunq̄ re siue ex feno ⁊ palea siue ex pluma fuerit quo culcitrę farciunt. Mar. Postq̄ trāsierūt ad culcitras q̄ in eas sagos aut tomētū aliud ve calcabāt: ab inculcando culcitra dicta. Uidet aūt tomētū deduci a τέμνω qđ significat incido sicut ⁊ tomos ⁊ tomic⁹. Seneca Nihil miserius ero si sup tomētū circēse incubabo. Sue. in Tiber. Adeo alimēta druso subducta vt tomentū ex culcitra tētauerit mādere. Tomentoū aūt aliud leuconicū dicebať qđ flebat ex lana alba cōcīsa. Aliud circēse ex harū dinibus cōcīsis factū. Idē strametū habebať plebeioz dictū circense q̄ in circo romano/sternebať illicq̄ egestoſt dęscebant. Sene. lib. de brā vita. Nihilo miseri⁹ ero/si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat si super circense tomentuz per sarcinas veteris lintei effluens incubabo. Mar. Tomentū/concīsa palus circense vocať. Hęc ꝓ leuconico stramina pauper emit.

Tomos/ciuitas in pōto ab eo dicta/ q̄ illic medes Absyrti fratris mēbra frustulatim concidit. Ouid. Inde tomos dictus locus hic: qz ferť in illo. Membra soroz fratris cōsecuisse sui. Item tomos /fracgmentuz libri abscissum. Qđ tamē ⁊ ꝓ ipso libro seu volumie inꝑfecto accipiť. Uñ Origenes tertiū libroū suoū genus tomos inscripsit: quos vt ait Hieronym⁹ nos possum⁹ appellare volumina. Idez ait: Edidit innumerabiles cōmētarios quos ipse appellat tomos.

Tomyris pe. coz. fuit regina nobilis Massagetarū in scythia quę cyrū debellauit ⁊ interemit. De qua Herodo. ⁊ Justinus scripserūt.

Tondeo es. totondi tonsum: licet eius cōposita nō geminent syllabā ꝓteriti ⁊ significat lanā siue capillos ⁊ hmōi incido. Hiero. in lib. Reg. Accidit vt tonderetur grex eius in carmelo. Lice. lib. v. tul. Regię virgines vt tōstriculę tondebāt barbā ⁊ capillū patris. Et tondere/pascere ⁊ aliq̄n secare. Uirgi. lib. j. geor. Ter cētū niuei tondent dumeta iuuenci. Idem: Nocte arida ꝓata tondenť. i. secanť. Huius verbi composita sunt. Attondeo/qđ est perfecte tondeo. Hiero. ad Marcellā. Et curua attondens vitem falce vinitoz aliquid dauidicū cantat. Plau. in ca. Sedvtz strictim me attonsum esse dicā: an per pectinē nescio. Detondeo. de quo supra.

Tonso. as frequētatiuū. vnde ⁊ detōso. Hel. Capillos dialis nisi qui liber homo est nō detonset.

Tonsus a. um. participiū/qđ est coma abscissa: vt tonsus homo: sicut intonsus capillęrus. Hinc tōsi montes qui syluis carēt/intonsi syluosi. Uar. Intōsi mōtes ⁊ feris pleni. Aliqn tōsus ponit ꝓ minuto. Uir. Tonsisq̄ ferūt mātilia villis. Tonsa oliua dicit quę minutis frondibus cōpta est: quasi a tonsore cōposita. Uirg. lib. v. Ipse caput tonsę foliis ceinct⁹ olivę. Idem: Tōsisq̄ ferūt mantilia villis. Tonsus us. nomen. idē qđ tonsio ⁊ tonsura. Tonsor ⁊ tonstrix nomina verbalia.

Tonsę dicunť oues. Hiero. in canticis. Dētes tui sicut greges tonsaz q̄ ascēderūt de lauacro. Et tonsę dicūtur remi a circūcidendis fluctibus. Uirgil. lib. vij. Et in lento luctantur marmore tonsę.

Tonsorius a. um. qđ ad tondēdū ꝓtinet: vt culter tonsorius. Uide in dictione candeo.

Tonsilis ⁊ hoc tōsile/qđ tōsum est: ac in orbem ⁊ comā putatū: vt Tonsiles oleę ⁊ tōsilis buxus/habetq̄ pe nultimā correptā.

Tonsilla lę. palus dolatus in acumine ⁊ cuspide pręderatus q̄ nauis religādę causa in littore figiť Actius: Tacete ⁊ tōsillas in littore ędite. Tōsillę etiā diminutiuū a tole. Toles autez vt inqt Festus/ est tumor fauciū. Et ꝓprie fiūt circa vuaz ex vtraq̄ parte infra fauces/vocaturq̄ glādulę ob quādā glandis similitudinem. Possunt etiā dici Tonsillę tōsq̄ loca in q̄bus fistulę ⁊ cibalis ⁊ spiritalis religatę sunt: vel qz hmōi morbus tam vehemēs/acutusq̄ est: vt non minus q̄ acutiores pariłli pungat.

Tōstrina pe. ꝓ. o. loc⁹ in q̄ tōderi solet. Plau. in asi. Lę banū in tōstrinā iussērā venire: is null⁹ venit.

Tono. as. aui. atū. ⁊ Tono is. tonui itū. Uar. in eu. Sonitus matris deū tonimus tibi semiuiri. Et a tonatū fit tonatio: a tonitū fit tonitus. Est autē tonare tonitum reddere/sonare/alte loqui. Huius cōposita sunt Attono. Unde attonitus/stupefactus. Uirgi. Talibus attonitus iussis. Contono /simul tono. Hiero. ad Helio. Diuinis vocibus euangeliū contonat/nō potestis duobus dñis seruire. Circūtono /circūstrepitum facio. Horā. in Ser. Hunc circumtonuit gaudens bellona cruētis. Detono. Intono/valde tonoz vt Intonuit de cęlo dñs Horā. in epo. Intonata ꝓtulit. Pertono/perfecte tono/resono. Hiero. contra Helui. Uñ ꝺo vox illa pronuit/tēp⁹ breuiatū est/reliquū est: vt qui habēt vtozes sic sint quasi non habētes. Et omnia habent penul. cozre.

Tonitrus us. ⁊ tonitru declinari potest. Oui. libro. ij. me. Uñ solet tonitrus ⁊ flumina mittere terris. Iuue. Et facient optata tonitrua cęnas. Est autem tonitrus vt in quęstionibus docet Seneca nubis icte sonus qui ⁊ tonus dicitur.

Tonescit/tonus fit. Uar. Tonitrib⁹ tēplū tonescit.

Tonitro as. tonitrū facio. Hiero. in Ps. expositione. Qđ tonitruat deus fil'em vocē facit rotę.

Tonus/greca vox est. Nam greci τόνος dicunt sonū. Unde accentū quoq̄ tonon appellāt quos veteres nostri imitati tenorē quasi tonorē accentū vocauere. Et tonus qui ⁊ tonitrus. Item: Tonus/ neruus q̄ ex vtraq̄ parte stomachi est. Item Tonus spaciū id q̄ to abest a terra circulus cęli citim⁹ hoc est lunaris: cētum sęz vigintiser milia stadioz̄: vt inquit Martian⁹ quoniā vt in sonis interuallū cum legittima q̄ntitate minimū ex duobus sonis inter se diuersis: ita in cęlo minimū a terra spaciū ad lunā tonū appellare placuit. Hui⁹ mēsurę dimidiū hemitoniū. Ton⁹ ꝺo cū hemitonio ꝓportionę facit sesq̄plā: hoc est sesq̄alterā.

Tophus/ genus lapidis asperi q̄ defacili in arenam resoluitur. Ouid. Et leuibus tophis. Hinc Tophinus Et tophace⁹ adiectiua. Sue. Quę tophina ac lignea antea erāt. Plī. Est alba rufa columbina argyllacea tophacea/arenacea.

Topos/latine lucus. Topicus localis. Vnde Aristo. ⁊ Tlce. Topica libros appellarūt. i. locorū sedes/in q̄bus hmōi loci demonstrant. Viero. Non topica: id est locales sedes argumētorū.

Topiariū dicit᷑ op⁹ ex arbore/aut frutice/aut herba factum ad decorē: vt sunt testudines camere/naues auicule ⁊ hmōi: que ex buxo vel hedera ⁊ hmōi: quaꝝ natura sequax est ⁊ flexibilis fieri cōsueuerunt. Dictum topiariū απο τωρ τοπωρ hoc est a locis que in his varia constituūtur. Que ⁊ topia ab idoneis scriptoribus nuncupant᷑. Victru. lib. vij. Habētes deorum simulachra seu fabulaꝝ dispositas explicationes: nōmin⁹ troianas pugnas seu ylyssis erratiōes q̄ topia/ceteraq̄ que sunt eorū similibus rationibus ab reruꝝ natura procreata. Quidā a funiculis quos in oleo terendo circūligatos instrumentis illis: topia greci vocant. Tlce. ad. Q. fratrem. Topiariū laudaui ita oia conuestiuit hedera. Pliñ. Accedit in topiario opere lauri genus que taxa dicit᷑: ramos spargit a radice topiarij ac corōnarij operis. Vnde Topiarij dicunt᷑ qui topiaria faciūt: sicut corōnarij q̄ faciūt corōnas. Idē statue myrti genera topiarij faciunt. Et ars ipsa topiaria dicit᷑ vt argentaria. Tlce. Ut denicꝫ illi palliati/topiariā facere videantur.

Topothesia/dici pōt loci positio vl̄ descriptio: nam topos locus thesis positio.

Tornus/instrumētū fabrile quo ligna polita redduntur.

Torno as. ad tornū polio. Pli. lib. xxvj. Lapis est qui cauatur tornaturq̄ in vasa coquēdis cibis vtilia. Itē tornare est circūagere. Idem in eodē. Quarū in officina turbines ita vibrati ppenderūt vt puero circūagente tornarent᷑. Vnde Detorno/qđ est de aliq̄ torno. Pli. lib. xiij. Lignū grande intus firmeq̄ duricie ex quo velares detornant annulos.

Tornatile pe. col. qđ torno factū est.

Toreuma atis. ⁊ toreumatū/opus politum celatū Τὸρευω enim sculpo ⁊ cęlo significat. Sunt autē toreumata opera delicate ⁊ eleganter sculpta siue celata. Sal. Tabulas signa toreumata emunt Τορευτὴρ celatorē greci dicūt. Toreutices ars ipsa que ⁊ anaglyptices sculptor ⁊ celator. scribit Pli. lib. xxxiiij. Primū phidiā artez toreuticen aperuisse ⁊ demonstrasse quā polycletus. Sicyonius mox eruditior ac cōsummauit. Mar. Artis phidiace toreuma clarū.

Torus/lectus ab intortis herbis dictus. Virgil. Inde toro pater eneas sic orsus ab alto. Toros etiā appellamus pulpā carnis musculosam: in qua est robur et valentia: vt sunt partes membrorꝫ nerosę callosęq̄ ⁊ in se prope modū collecte. Vnde Torosus a. um. Scribit Col. parandos esse boues nouellos ceruice longa ⁊ torosa. Val. Flaccus: protulit Morrēdosq̄ torīs informibus artus: qđ ⁊ de venis quoꝫ dicitur cum varicū in morē quibusdā in locis turgescūt. Cor. Celsus. lib. vij. Ac per ipsos venarū toros inequale est in herbis Plinius vtitur hoc verbo de Inula scribens: Breuioris est/sed torosior amarioꝝ inula. Col. lib. iij. Arbustiuā vitem q̄ putare tam alligare diligēter oportet. Nam in ea fructus maxime vis cōsistit: diutiusq̄ perēnat que firmis torīs ⁊ idoneis locis religata est.

Torulus dimi. a tor⁹. i. paru⁹ lect⁹. Plau. in am. Tum meo patri torulus inerit aure⁹ sub petaso.

Torale ⁊ per apocopē toral a toro: Mappa lōga quā super linteola ponimus ⁊ omnia lecti stragula toralia dicūtur. Mora. Nec turpe toral ne sordida mappa. namq̄ super toros sternūtur vestes stragulę purpureę seu virides aut versicolores. Idem in Ser. Et tyrias dare circū illota toralia vestes.

Torniamen/ludus erat q̄ troia dicebat᷑/ quasi p troiano agmine dicatur troiamen.

Torqueo as. si. sum. ⁊ tortū significat inflecto. Plin⁹ Nec tū binas per diuersas coassatiōes substerni capita earum prefigi clauis: ne torqueant᷑. Virg. lib. ij. geor. Ithureos tarn toquētur in arcus: id est torquendo fiunt. Teren. Vide vt ille sibi os contorsit carnifex. Vnde aliquādo torquere ponitur pro gyro celeri rotare. Virg. Ast illum ter fluctus ibidem torquet agens circū. Aliquādo pro torquendo iacere. Idem In medias telum torsisti primus achiuos. Aliquando pro gubernare: vt Lęuꝫ ⁊ terras qui numine torquet. Aliquādo pro sustinere: vt Vbi maxim⁹ atias Arem humero torquet. Aliquādo pro tormentū inferre. Lactan. lib. iij. Beatus est igitur sapiēs in tormentis. Sed cum torquetur pro fide/pro iusticia/p deo: illa patientia doloris beatissimū faciet. Donat⁹ Torquemus hominē/et torquemus veritatē. Vnde tormentū ⁊ tortura. Aliquādo pro filare: vt est illud Iuue. Penelope meliue/leuius torquetis arachne. Aliquādo pro trahere: vt Virg. Torquetq̄ sonātia saxa. Huius composita sunt: Abstorqueo/qđ est torquendo aufero. Contorqueo. Virg. lib. j. geor. Protuit insano contorquens vertice syluas Fluuiorū rex Eridan⁹. i. euertēs. Detorqueo/distorqueo/extorq̄o/intorqueo/intertor/obtorq̄o/scontratorqueo/retorqueo/retrotorqueo/iaceo/remitto. Ciceroꝫa Catone Quo quidē me proficiscente haud sane quis facile retraxerit/nec tanꝫ pilam retorserit. Et retorquere est rursus flectere. Col. lib. v. Idvt scite fiat memineris alligator ne torqueat sarmentū/sed tantū inflexū deuincat. Pretorqueo/ante flexo. Idem lib. iiij. Sex Iulius Atticus pretorto capite ⁊ recuruato/ne pastinatum effugiat q̄dētū semen dimersit.

Tortus a. um. qđ non est rectū sed flexum. Augu. Habes vnde corrigas qđ in te tortū est.

Tortum/machina ad torquendum facta. Pacu. Nam in te tenebras sepe lacerabo fame clausum ⁊ fatigas artus torto distrahan.

Tortuosus a. um. qđ est tortū. Tlce. in Lel. Nec enim fidū pōt esse multiplex ingeniū ⁊ tortuosum.

Tortile pe. col. qđ retortū ⁊ replicatū est. Ouid. Tortilis a digitis excidit ansa meis.

Torto as. frequentatiuū/significat vehementer torq̄o. Pomponius. Ibi insilui in cocleatum eculeum: vbi tolutim tortor.

Tortor/qui torquet. i. cruciat: vel ad questionez ponit: vl̄ qui lapidē rotūdo iacit. Vnde ab Ammiano tortores ballistarū appellati sunt: qui ex ballistis tela cō torquent ⁊ iaculantur.

Tortura/supplicū: vt in sacris litteris. Seruo maliuolo tortura ⁊ cōpedes.

Tortiuū/vinū est nouissime expressum: vt apud Cato.

Torculū/qđ vsu torculare ⁊ per apocopē torcular. pe. pro. edificiū vinarij ⁊ machina a torquēdo: quo vua torquet. Prelū a preluendo/pro trabe accipi solet q̄ vuę calcant᷑. Lacus qui continet mustū prelo expressum. Improprie autē lacus/prelū ⁊ torcular: pro eodem accipiūtur.

Torcularius a. um. quod ad torcular pertinet. Var. Si sit centum iugerum habere oportet vasa torcularia instructa trina.

Tormina/genus morbi a torquēdo: cū dolore torquentur intestina exulceratione. Grece dysenteria: vt lib. iiij. scribit Celsus. Ex his cruor manat: frequens deūciendi cupiditas dolor in ano est. Pli. Ventrastrum torminibus cholericis efficacissimum. Vnde Tormin⁹ qui eū morbum patiuntur: quos ⁊ dysentericos greco vocabulo appellant. Tlce. Ita dicimus graue dinosos: quosdam torminosos. Nonius. Tormines masculino genere protulit. Hyppocrates mortifer esse signū in dysenteria si carnes egerātur. Galenus

scribit dysenteriā fieri quādo materia exuberans calore ęstatis inficitur ꝛ fit salsa.

Tormentū/supplicīū qđ datur alicui ad perquirēdā veritatem vl' ad cruciatū inferendū: vt est illud: Oēs sancti/quanta passi sunt tormenta. Var. Hesiis tri/turam tormentuꝫ appellat/ꝙ ibi frumentū terāt. Et tormentū generale vocabulū est omniū machinaruꝫ saxa tela: ꝛ id genus varia torquentiū. Cęsar. ii. con. Ad extremas fossas castella constituit: ibiq; tormēta collocauit. Dicitur autem tormentū a torquendo ελλερισμὸς δὲ βασάνου καὶ βασανισμὸς καὶ τὸ ρημα βασανίζω.

Torques ꝛ torquis tam masculini q̄m femininī generis ꝑm probū/significatq; circulū aureū/flexilē/ obtortū: colli ornamentū ꝛ summi pectoris. Properti°: Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gellius: Caput galli pręcidit: torquem detraxit eāq; sanguinolētā in collum posuit. Refert Plinius torquibus aureis auxiliares externos donatos fuisse a romanis. Et clues nō nisi argenteis. Scribit Vegetius lib. ij. Quibus aureus torquis/ob virtutis prēmiū dabat: ꝛ hi duplas consequebantur annonas.

Torquatus/cognomen Titi Manlū qui ad Anienem occiso gallo/torquem detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius cuius iniussu cum filius aduersus hostem a quo prouocatus fuerat pugnasset: eoq; occiso equestria spolia victor ad patrē tulisset: subito euꝫ q aduersus edictū suum ꝛ rei militaris disciplinam fecisset/iussit occidi.

Torris/lignū teres cum ardet. Titio torris extinctus. Lactan. Titionē vulgus appellat extractū foco: torrem semiustū extinctū.

Torreo es. torrui tostū/sicco atq; arefacio. Qđ etiā de frigore potest intelligi. Var. Frigore torret. Syrsurpatur quādoq; pro vrere. Virgil. Iam rapidus torrens sitientes syrius indos. Quandoq; pro assare. Pli. lib. xix. Si radicem bete in pruna tostam superederint ardorē extigui. vnde carnes tostas appellat vulgus/si mutas t in r: qđ dicam/ intelliges. Quandoq; pro vertere/miscere. Luc. Ingentes fato torrē te ruinas. Quidā hoc verbus ἀπὸ τοῦτο ρευειν deriuant/qđ est sculpere/celare.

Torresco/torrid° fio. A quo retorresco/rursus coquo/vel rursus vro. Col. li. iij. Deinde sata nō ita nutriūt vt aſi cōualescāt/q; retorrescant.

Torridus a. um. qđ est aridū. Unde estas torrida dicitur. Hinc retorridus. Col. lib. iij. Misi cū receideris/arbor tota fiet retorrida. Et inde torrida ꝯa quę ansit habitabilis vel non: nunc campū disputādi nō amplum habeo/sed alꝫ dicemus.

Torrefacio/comburo/coquere facio aut multū calefacio. Colū. lib. ij. Et subinde oportunis solibus torrefacta proteritur.

Torrido as. pe. cor. significat comburo.

Torrens nomen generis masculini/significat fluuium qui non de fonte neq; de viua aqua/sed a pluuiis vel de montibus in valles descendit ꝛ in mare vadit: et ęstate siccat: aquis ꝟo hyemalibus inundatur ꝛ currit. Interdū sumitur pro fluuio. Hieroñ. in psalmis: Inebriabuntur ab vbertate domus tuę: ꝛ torrēte deliciarum tuarū potabis eos/non siccabitur. Torrēs vero participiū posuit. Virgi. Hic tantū borez cura mus frigora quantum Aut numerū lupus/aut torrē tia flumina ripas .i. quę torrentis more fluunt. Hinc torrentior ꝛ torrentissimus. Iuue. Et Hypseo torrētior id est volubilior.

Torpeo torpes torpui/piger sum. Virgil. lib. iij. geor. Cōfertoq; agmine cerui. Torpēt mole noua ꝛ summis vix cornibus extant. Hinc Torpesco/piger fio. Salu. in Jug. Ceterum ingenium quo neq; melius/neq; amplius in natura mortaliuꝫ est inculto atq; torpidia torpescere sinunt.

Torpor/animi ꝛ corporis debilitatio: a Torpedine pisce cuius cōtactu corpus hebescit.

Torporo as. penulti. produ. torporem induco. Turp. Stupidus astat: ita eius aspectus torporauit hominis amore.

Torpedo/piscis gen° qui limo mersus occultat se ꝛ pisces supranatātes torpentes facit: postq; ꝟo obtorpuere deuorat. Ponit ꝛ ꝑ pigritia.

Toruus a. um. a terrēdo e in ꝺ mutata: vt ait Ser. Vel a tauris qui irati cum quadā truculentia respectant. Nam torui tas proprie taurorū est: vel a torto aspectu. Hinc aduerbia Torue/toruum ꝛ torua. Plau. Quid me torue aspectas? Apul. Cum toruuꝫ in eos intueretur. Virg. Talibus eneas ardentē ꝛ torua tuentem lenibat dictis.

Totū ꝛ omne sic differunt/ꝙ totū dicimus vniuersis corporis plenitudinē: omne de vniuersis vt totum audi torium habet scholasticos: id est plenū est auditoriū scholasticis. Omne auditoriū habet scholasticos: id est omnia auditoria. Poetę tamen ista confundunt. Fit autē totus a tot: q̄uis tot breue sit: totus ꝟo ꝑ/ductū. Quotus ꝟo remanet breue. Sciendū ꝙ si totum est pluralis numeri partes quoq; pluralꝫ numeri esse debent: vt binas litteras a te suscepi: quarū alteris mihi gratularis: alteris significas te esse incolumem. Si ꝟo totū licet pluralis sit numeri/singulare habeat: tum partes singulares esse debent: vt delecto? duobus poetis/altero greco/altero latino.

Totidem/significat tot similiter seu plane tot/nec plures/nec pauciores.

Toxicum dictū est quasi taxicū: vt inquit Pli. Quoniā taxos arbor est veneni prędentissimi adeo vt si iumenta taxi folia comederint emoriant. Hāc quidā Similacem dixere ꝛ esse in arcadia tā ꝑsentis venēni: vt si q̄s sub ea dormiat: cibū ve capiat/moriat.

T Ante R

Trabea nomē poetę cui inter comicos octauus locus assignatur. Huius meminit Cicero libro. iiij. tusc. Et de finibus. Est ꝛ trabea gen° vestis. Cuius tria sunt genera: vt Sueto. lib. de genere vestiū inquit: Unuꝫ qđ ꝺijs sacratur/tantū de purpura. Aliud purpureū quod habet aliquid albi. Tertiū augurale ex purpura ꝛ croco mixtū. Erat autem vestis togata purpura circūducta subregmine piniceo quā aureę fibulę annectebant. Virgi. de trabea regali ait: Ipse quirinali lituo paruaq; sedebat: Succinctus trabea: leuaq; ancilę gerebat Picus equū domitor. Hinc Trabeati/qui trabea sunt induti. Ouidi. lib. de fastis. Hoc igitur vidit trabeati cura quirini Cum rudib° populis annua iura daret.

Trabs ꝛ trabes trabis vtroq; modo dicitur genere fęminino. Dicta a trahēdo/ꝙ in altum trahatur. Propzie trabs vt Festus ait: sunt duo tigna ędificii gratia simul compacta. Nam cū simplicia sunt non trabes sed tigna dicuntur: q̄uis abusiue pro vno ligno quādoq; dicatur.

Trabica/nauis dicta est/ꝙ sit trabibus confixa. Pacu. Labitur trabica in alueos.

Trabales/species tormentorū a trabibus. Hora. libro car. Te semp añit sceua necessitas clauos trabales.

Trachea vel trachia/arteria pulmonis: q̄ ꝛ spiritalis physula dicit. Vide in fistula.

Trachelus penul. pro. collum spina a vertice ad finē.

Trachys/latine asperum. Hinc Trachino trachinas/asperum facio.

Trachina/oppidū Campanię: quę nunc interposita a tarachina vel tarachynę arum: tm pluraliter: quod

etiã antur antea dicebatur. Hunc autẽ taracina vocatur. vide supra. Est ꝛ trachina ciuitas theſſalię quę heraclea ab hercle cognomiata eſt. Hinc ab Ouidio trachyniius dictus Ceix coniunx Halcyones. Hæci trachyna vocãt aſperа. Vnde taracinã quaſi trachynam ab aſperis dici autumat Strabo. Et a trachyna theſſalię Sophoclis tragedia/trachina dicta eſt. Vnde Cice. libro. ij. tuſc. Quas hic voces apud Sophoclem in trachinis edit.

Trachoma penul. prod. Græce enim τραχωμα vocatur ſcabricia palpebrarum interior/ſicut in eadẽ parte glabritas: hoc eſt defluuium pilorum vadroſis ꝛ milphoſis.

Trachonitidis regio/pars iudeę quã ferunt inter montem Libani ꝛ lacũ tiberiadis ſitã eſſe. Cui⁹ terrarches fuit Philippus iuxta euangeliũ Lucę. Et eſt vt Hiero. inquit trans boſrã Arabię ciuitatẽ in deſerto cõtra hauſtralem plagã quaſi ad damaſcuz reſpiciens. Hanc gentẽ inſtituit Cis filius Aram: vt ſcribit Joſephus lib. j. antiquitatis.

Trado is. tradidi traditũ ex trans ꝛ do/n ꝛ s abiectis/ſignificat in poteſtatẽ do. Teren. in phor. Verũ ſciẽtem tacitũ cauſam tradere aduerſarijs/etiã ne id lex coegit. Tradere etiam eſt docere. Augu. Quicquid de arte loquendi ꝛ diſſerendi quicquid de dimenſionibus figurarum ꝛ de muſicis ꝛ de numeris ſine magna difficultate nullo hominũ tradente intelleꝛi. Itẽ ſignificat dicere. Bel. Demoſthenẽ tradũt et veſtitu ceteroq; cultu corporis nitido venuſtoq; nimiſq; accurato fuiſſe. Item Mandare: vt cum dicim⁹: Demozię traditũ eſt. Itẽ fidei alicui⁹ cõmittere: vt Super mihi tradidit egon. Item quaſi vẽdere. Hiero. in Genũ. Pecunia digna tradat eã mihi coraz vobis in poſſeſſionẽ ſepulchri. Item permittere: nam in ſacris litteris dei a quouis ſeceſſio ſiue deſtitutio nominatur. Vnde apoſtolus ad Romanos: Tradidit illos de⁹ in reprobũ ſenſum: id eſt a deo permiſſi ſunt deferri in reprobũ ſenſum.

Traduco is. penul. produ. ex trans ꝛ duco: in quo n ꝛ s ſimiliter abũciuntur/ſignificat de loco ad locũ duco. Ceſar. j. com. Heluetũ per anguſtias ꝛ fines Sequanorum ſuas copias traduxerãt: ꝛ in heduorũ fines peuenerũt. Ambro. Transduco vſus eſt. De profundo ad lumen extrahũt fluctuãtes de infimis ad ſuperna transducunt. Aliquãdo traducere eſt ad vlteriora ducere. Plau. Traduce adhuc lineã plusculũ. Aliquando tranſferre. Var. Traducta eſt getulis. Vnde et traducere libũ ex vna lingua in aliã quidã dicũt: hoc eſt interpretari. Aliquãdo agere ſiue prꝛterire. Cice. Ser. Sulpitio. Qua ratione nobis traducẽdum ſit hoc tẽp⁹. Aliquãdo deridere et infamia afficere ꝛ velut in exemplũ proponere: vt eſt apud euangeliũ. Joſeph cũ eſſet vir bonus ꝛ nollet eã traducere. Var. Multoq; traducerẽ apher. Et traducere/nutrire/fouere/ſuſtinere. Iuue. Altera quos nudo traducit gallia callo.

Traduces. in vitibus dicũtur qui aliunde tracti ac propagati ſunt. Var. lib. j. de re ruſt. Arbuſta vbi traduces poſſint fieri vitiũ vt mediolanenſes faciũt arboribus quas vocant opulos. Varro appellat traduces rumpos vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea ſit. Huius ſingularis noſtatiuus eſt Trahux. Col. lib. rj. Si tradux ducẽ non contingit media virga inter eas deligetur.

Tragos/latine hyrcus. Vñ tragedia: Rurſus tragos herba quam aliqui ſcorpion vocant ſemipede alta foliis puſillis: racemis rubentibus/grano tritici. Hinc Paratragedo verbũ. Tragus/cõchę genus mali ſapoꝛis. Suid. τραγος παρα του τραχυ αρε μαε χειν ταχοστισων η παρα το τραχειαν φορμιν εχειν η τρεχειν και τραγαν ἁμπελοῖσ.

Tragum neutri generis/gen⁹ piſcatorię retis: quod et verriculũ dicitur.

Tragedia penul. corre. cuius apud græcos producatur απο του τραγυ και της ωδισ. Hoc eſt ab hyrco ꝛ cantu: quaſi hyci cantus. Nam hyrcus dabatur in prꝛmiũ tragicis auctoribus qui ruſtici ꝛ paſtores erant. Vel ab hyrco vineaz hoſte: ꝛ a cantilena eius ipſius rei apud Virgiliũ plena. Vel q̃ vter eius muſti plenus ſolenne prꝛmiũ canentibus erat. Horati⁹: Carmine qui tragico vilem certauit ob hyrcũ. Alij a fece putãt: quã græcorũ quidã Trigan ꝛ triga vocãt: appellatã/q̃ oza ſua fecibus perlinebãt ſcenici antequam perſonarũ ab eſchylo repertũ. Idem: Ignotũ tragice genus inueniſſe camene Dicit ꝛ plauſtris veriſſe poemata theſpis. Quę canerent/agerentq; inſecti fecibus oza.

Tragicus quaſi hyrcinus q̃ tragediaz ſcribit. Tragice aduerbiũ/ſignificat crudeliter/quaſi more tragico.

Tragedus/q̃ tragediã canit ꝛ recitat.

Tragelaphus penul. corre. ſpecies cerui/qui hyrco ceruo ſimilis eſt barba ꝛ villo diſtãs ab alijs dicitur hyrcoceruus τραγος hyrcus ελαφος cerus de quo in Deute. habetur.

Tragopagus. pe. co. herba in acetarijs laudata quę a ꝗbuſdã Barbula hyrcina ab alijs come: qz folia habet inſtar croci in rotundũ ſparſa. Vulgo barba petrę dicit in gallia tranſpadana.

Tragonia/herba quę adalligata triduo/dicitur cõſumere lyenes.

Tragion ſiue trogonis/herba quę naſcitur in Creta inſula ſimilis.

Tragopa/auis in ethiopia quę cornibus arietinis prꝛfert caput armatũ.

Tragemata/bellaria. ſm Macrobiũ: id eſt omne menſe ſecundę genus.

Tragea ſiue tragia/inſula vna ex cycladibus. Ex q̃ theogiton peripateticus Ariſtoteli familiaris.

Tragula/genus teli haſta dicitur/q̃ ſcuto infixa trahatur. Saluſtius libro quarto hiſtor. Auidiſſimis atq; prꝛparatis ducibus ꝛ metellus ictu tragulę fauciatur. Plau. in epiſto: Tragulã in te inijcere adornat/neſcio quaz fabricam facit. Et tragula rete q̃ vulgo nunc tractam vocant. Plinius: Vſus ſuberis anchoralibus maxime nauium piſcantiumq; tragulis ꝛ cadoꝛ obturamentis. Dicta tragula/q̃ ex vndis vt plurimum trahatur.

Tragurium/inſula in mari adriatico/adiacens dalmatię in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis. Auctor Ptolomeus libro. ij.

Traho is. xi. ctum. per vim duco. Trahimur inuiti/ducimur volentes. Virgil. Altaria ad ipſa trementem traxit. Aliquãdo ſimpliciter ducere. Lactan. libro. ij. Nec quicq̃ poſſit eſſe omnino q̃ non originẽ a deo traxerit. Aliquãdo leuare. Cicero. Atq; etiã ex puteis iugibus aquã calidã trahit. Aliquãdo prꝛtrahere. Salu. in Jug. Atherbal: vbi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas/hoſtẽ infectũ auxilij ſpẽ eſſe nullam penuria rerum neceſſariarũ bellum trahi non poſſe. Aliquãdo remouere. Saluſtius: Miſi ea res longius nos ab incepto traheret. Aliquãdo extẽdere. Virg. Ille horridus alter deſidia latamq; trahens inglorius alijs. Alter idem vſus eſt. Necnon ꝛ vario noctem ſermone trahebant: id eſt terebant vel conſumebãt. Huius verbi cõpoſita ſunt Abſtraho/attraho/ad me traho. Cicero Treba. De qui te nõ Romam attrahã te qui non hucaduoles. Contraho detraho/diſtraho/extraho/intertraho/pertraho/perfecte ſeu ad finem traho. Protraho/differo prolongo. Teren. in an. Impetrabo: vt aliquot ſaltem nu-

ptis protrahat dies. Retraho/retro seu rursus traho. Idem: Postq̃ poeta poetã non potest retrahere a studio. Salu. Fuere tamen extra coniurationẽ cõplures qui ad Catilinã in initio pro secti sunt. In his erat fuluius senatoris filius quem retractũ ex itinere parens necari iussit. Hiero. in Exo. Retrahe manuz tuã in sinũ tuũ. Subtraho proprie significat sub siue de medio aufero. Lactan. lib. ij. Qui vel morte subtracti vl absentia fuerant separati. Hiero. ad Julia. Audio faustinam tibi subita dormitione subtractaz. Vñq̃ surripio/furo. Plau. in cas. Mã peculũ prodam nihil habere addecet claz viro z quę habet partem eius haud cõmodi est: quin viro / aut subtrahat/ aut stupro inuenerit.

Tracto frequẽtatiuũ est/quasi frequẽter traho vel surſum traho. Terentius in heau. Hec arte tractabat virum vt illius animũ cupidum inopia incenderet. Et tractare est mereri: vt bene tractasti me: id ẽ bene meritus fuisti de me. Item Differere/q̃ ea de quib⁹ differimus/frequenter tangere videmur. Hinc tractatus. Item frequenter tangere. Columella libro. vij. Talis notaq̃ vitulos oportet cum adhuc teneri sunt consuescere/manu tractari. Iuue. Per puppim z duros gaudet tractare rudẽces. Item exercere: vt Qõ medicorum est promittunt medici /tractant fabrilia fabri. Item Gubernare. Licero Bruto. Fuit in Cilicia mecum tribunus militũ: quo in munere ita se tractauit: vt accepisse ab eo beneficium viderer non dedisse. Huius composita sunt Attrecto. Hieronym⁹ in Geñ. Si attrectauerit me pater meus z senserit timeo ne putet sibi voluisse me illudere: Cõtrecto/detracto/retracto/obtrecto: quasi aduersus aliquẽ tracto. Pertracto/perfecte tracto.

Tractus us/spaciũ/regio/plaga. Virg. Indicio est tracto surgens oleaster eodem.

Tractim aduerbiũ/significat trahendo in longum sine intermissione/longo tractu diutine. Plau. in Amp. Quid si ego tractim tangã vt dormiat. Virg. Tum sonus audit̃ grauior tractimq̃ susurrat.

Traha/genus vehiculi sine rotis quo coloni vtuntur a trahendo dictum. Hieroñ. in libro Paral. Et fecit super eos tribula z trahas z ferrea carpenta transire. Virg⁹ libro. j. geor. per epenthesim trahęq̃ dixit/ sicut nauita pro nauta. Tribulaq̃ trahęq̃ z iniquo pondere rastri.

Trahax/auidus/rapax/oia ad se trahens. Plau. Ebo lutũ lenoninũ: ebo sterquiliniũ publicũ/impure inhoneste/iniure/iller/labes populi/pecunię accipiter auide atq̃ inuide/procax/rapax/trahax: trecẽtis versib⁹ tuus impuritates loqui nemo potest.

Traiicio is: ere trãs z iacio/remotis n z s/significat traduco/transporto/transuehо. Hã proprie nautę quę traiiciunt/transportare seu transuehere aut traducere dici possunt. Alii pro traducunt tantũ: cum traiicere dicuntur/sicut lib. j. docet. Liui. Prę se armentũ egens nando traiecerat. Plancus: Exercitũ ad kalẽ dos maias rhodanũ traieci. In his exemplis non capitur traiicio pro transporto: vt quidã volũt /dicentes. Traiicio exercitũ: id est transporto exercitũ trãs mare/aut trans flumen. Traiicio mare vel flumen. i. transeo. Luius de secũdo bello punico. Amnẽ vado traiecit. Aliquãdo coniunctim. Idem: Traiecit copias iberũ. Aliquãdo traiicere est transfigere/transuerberare. Idem lib. ij. Contra quẽ z ille concitat equũ tantaq̃ vis infestis venientiũ hastis fuit: vt brachiuz Ebutio traiectũ/manilio percussum pect⁹. Hinc traiectio/trãsitio. Cice. lib. j. de diui. Cum eglũ ex omni parte patens atq̃ apertũ intuerent traiectiones motusq̃ stellarũ obseruauerunt.

Trallis/vrbs lydię non longe a Magnesia sita in vertice quodã qui promõtoriũ natura munitũ habet ab argiuis z thracibus quibusdã condita. Sunt z alię trallis in phrygia vbi sunt Carie fines hęc alijs noibus dicta est Æuãtia z Seleucia z Anthiochia. Hic Trallian⁹a.um. Cice. in phil. Tralliana aut Epheſiana dicere putes. Ex trallibus fuit Menodot⁹ vir doctus. Hoc nomẽ trallis ym Pisscia. tñ pluraliter declinat̃ z tam accusatiuũ ẽ noiatiuũ in is tñ mittit sicut alpis/sardis z syrtis.

Tralucidũ/qõ p. mediũ lucet. Pli. Suauiores albę vię qñ e tralucido facili⁹ accipiat̃ aer.

Trama/subtegmen. Persius. Mihi trama figura ste reliqua.

Trames generis mascu. semita transuersa. Liui. lib. v. Obliquis tramitibus egressi.

Trans prępositio est/quę significat vltra: vt cum de loco ad locum z de vno ad alterũ/z de vna ad alteram transitionem facimus. Separatur quãdoq̃: vt trãs mare/trans mõtes. Sed plęrãq̃ cõponit̃ pręsertim cũ his lris. B. vt transalpinus. L. vt trãscurro. D. vt traduco. E. vt trãseo. f. vt trãsfero. G. vt transgredi or. J. vt traiicio. L. vt translego. M. vt transmigro. N. vt trano. P. vt transpono. S. vt transcribo. T. vt transtigritanus/qui habitat trans tygrim. V. vt transtuebo. Sed sciendũ est q̃ composita cum n vel i consonante vel d amittit n z s. vt trano/traiicio/traduco. In reliquis manet integra/ nisi cum s. in quo s tñ abiicimus: vt transcribo. Apulei⁹ tamen docet q̃ si trans ponatur cum eo duco/pugno/potest retinere z perdere nſ. vt transduco/traduco/trãspono /transpono/transeo z traeo. In alijs retinet nſ. nisi in tranio/trado/traiicio.

Tranare/significat vltra nare: id est natare. Liui⁹ libro ij. Multisq̃ super incidẽtibus telis incolumis ad suos tranauit. Virgilius: Superant montes z flumina tranant.

Tranquillo tranquillas/quietũ facio. Aug. lib. viij. cõ. Tranquillatur eglũ z mare z exultant nimis: quoniã timuerunt nimis.

Transactus participium/idem est qõ preteritus. Cice. lib. ij. ad beren. In consequenti tempore spectabitur nunquid re transacta relictũ sit/qõ indicet aut factuz esse maleficiũ: aut a quo sit factũ.

Transcendo ex trans z scando/significat ascẽdẽdo trãsgredior.

Transcurro/vltra curro. Teren. in eu. Tu abi atq̃ obsera ostiũ intus dũ ego transcurro ad forũ.

Transcribo/idem quod excribo: hoc est ab exemplarijs quicq̃ describo. Quandoq̃ tamen ponitur pro trado. Virgilius libro. viij. Et tua dardaneis transcribi sceptra colonis.

Transeo is. iui. z transij itũ/vltra eo. a quo transitio et transitus. z cõpositũ pertranseo.

Transitorius transitoria transitorium/qõ cito transit. Leo papa: Hęc ergo non transitorie/sed cum ingenti tremore debemus attendere.

Transeunter aduerbium a transiẽs trãseũtis formatũ. Augu. lib. iij. de ciui. dei. Quod vitium. Salu. magis transeunter attigit: hoc est in transitu siue transeundo.

Transenna/per quam aspectus transire potest. Licero libro. j. de oratore pro fenestra seu cãcello posuit cũ ait: Hunc petis a Crasso vt illam copiã quã construxerat ego in loco quasi per transennã/ pręterentes strictã aspexim⁹ in lucem proferat: Transenna etiã funis extentus dicit̃. Sal. lib. ij. histo. Transenna demissum victorie simulacrũ cum machinato strepitu tonitruũ coronam capiti imponebat metello. Quandoq̃ ponit̃ pro decipulo/laqueo z funiculo ad decipiendũ concinnato. Plau. in bac. Hunc e transenna

bic turdus lumbricū petit. Et in Ru. In ętate agēda hominū plurime fiunt transennę: vbi decipiuntur dolis atq; edipol in eas plerumq; esca imponit quam si quis auidius poscit escam auariter decipitur: vt transenna sua auaricia.

Transfero penul. cozre. transferri dicitur res cum nō remanet apud eos/a quibus transfertur. Cice. libro. j. offi. Qō ab Ennio positū in vna re transferri in multas potest. Hinc translatio quę sit quotiens: vl deest verborū proprietas vel vitatur iteratio. Cicero autem translationē verboz maxime probat lib. de optimo genere dicendi/cum inquit. Sed Phalerius demetrius meo iudicio pręstat ceteris: cuius oratio cū sedate placideq; loquitur/tum illustrant eā quasi stellę quędam translata verba atq; immutata. Translata dico vt sepe iam quę per similitudinē ad aliā rem aut suauitatis/aut inopię causa transferuntur. Quintilianus autem quę sint verba propria queq; trālata: quo modo transferantur: quę sit vitiosa translatio: z cur recta sit translatio diffuse tradit. lib. j. instit. dicēs: Propria sunt verba cum id significant/in quod denominata sunt. Translata cum aliū natura intellectū aliū loco pzebēt. Ustatis rutius vtimur: noua non sine periculo quodā fingimus. Et lib. viij. Transfertur igit nomen aut verbū ex eo loco in quo primū erat in eū in quo aut proprīū deest: aut translatū proprio melius est. Id facimus/aut quia necesse est/aut quia significantius est/aut vt dixi decentius: Ubi nihil horū pzestabit qō transfertur in proprīū. Asco. scribit. Translatiua dicta esse non noua/nec nuper inuenta/sed aliunde translata. Translatiuū grece μεταφορα: id est promiscuū: vulgare publicū/indifferēs. Translatitia sunt z verba per metaphorā in alienū migrātia. Seneca. Translatiuas siue translatitias sententias quę sua oratoz suppellex est pro locis cōmunibus intelligit. Sunt z sacra trālatitia apud Macrobiū.

Transfugio/de loco ad locū fugio. Liui. li. ij. Magna clientiū comitatus manu transfugit.

Transfuga penul. cozre. qui transfugit. Idem in eodē. Deinde metuens ne si consulū iniussu z ignarus ombus iret deprehensus forte a custodibus romanis retraheretur/vt transfuga fortuna tum vrbis crimen affirmante senatum adit. Nec solum vt inconsultus inquit transfuga is accipiēdus est qui aut ad hostes/aut a bello transfugit: sed z qui per induciarum tempus ad eos/cum quibus nulla amicitia est: fide suspecta transfugit.

Transfigo. penul. pro. transfodio seu transuerbero. Liuius libro. j. Stricto itaq; gladio simul verbis increpans transfigit puellam.

Transfundo is. de vase in vas fundo. Cato. Ubi dies triginta pręterierint trāsfunditor: ita relinquitur vsq; ad vindemiā. Cice. per translationem Dolobellę scripsit: Libentius omnes meas laudes si modo sint aliquę meę laudes ad te transfuderim.

Transgredior/transeo/a pedū gressu. ppie dicit: sz auctoritas vetusta liberiorē loquendi vsum dedit. Sal. lib. j. histo. Et de his qui nauigassent z de ipsis nauibus eo verbo vti voluit: in quibus gradus nō sit deceptio. Nactus obscurā noctem estu secūdo: ac inde transgressus omnes recepit mons pręceptus a lusitanis. Sic z transgressus us. pro traffretatiōe.

Transigo is. penul. cozre. ex trans z ago/significat trāseo seu vltra traduco. Salu. Sed multi mortales dediti vētri atq; somno indocti incultiq; sicuti peregrinantes transegere. Hiero. Et immolantes deo sacrificium laudis/noctem totam transegere. Aliquando significat tracto. Terē. in An. Intus transiget siqd est qō restat. Aliqn cōuenio/cōcozdo/paciscor. Cice. Treba. Puto cū Auiano transigere possemus.

Transilio is. penul. cozre. ex trans z salio: sed s abijcit/significat vltra salio. Col. lib. vij. si fossam sine cōtentione transilit.

Translego penul. cor. legēdo trāscurro siue vltra lego. Plau. in asi. Age quęso mi hercle translege.

Trāsmigro trāsmigras pe. cōmuni significat habitatū eo siue transeo vel in longiorē locū domicilū habitationemq; cōmuto. Hiero. Et persecuti eos sunt de ciuitate in ciuitatē expellentes de iudea: vt ad gentiuz populū transmigrarent.

Transmitto is. vltra vel de loco ad locū mitto. Plinius lib. xviij. Item cribzaria quę simili modo in tertio remansit cribzo angustissimo z tīn arenas trālmittēte. Aliquādo celeriter transeo. Virgi. Alia de parte patentis Transmittūt cursu campos.

Transpicio/vltra aspicio. Lactan. de opi. Per eas igitur membzanas sensus ille qui dicitur mēs ea q̄ sunt foris trāspicit.

Transtra/sunt loca vel tabulę super quas sedent remiges. Virgi. Transtra per z remos. Et apud Ezechielem. Quercus de basan dolauerūt in remos tuos et transtra tua fecerūt tibi ex eboze indico. Hęc etiā iuga dici solent. Virgi. Inde alias animas quę per iuga longa sedebant Deturbat/laxatq; foros. Et transtra tigna quę transuersa a pariete in parietem pozriguntur. Uicruuius libro. v. Trabes etiā supra columnas z parastata z antas ponunt in contignationibus tigna z ares sub tectis si mnioza spacia sunt z transtra z capzeoli si commoda columen et canterij/sed z sedilia in nauibus.

Transuado: z transuado as. penul. cozre. per vadū trahicio. Hieroni. ad Helio. per translationē. Sed quoniam scopulosis locis enauigauit oratio: z inter cānas spumeis fluctibus cautes fragilis in altū cimba processit/expendenda vela sunt ventis z quęstionum scrupulis transuadatis lętantiū moze nautarū epilogi celeuma cantandū est.

Transueho/vltra veho. Sal. in Jug. Ex eo nūero Medi z perse z armeni cum nauibus in Aphzicā trāsuecti proximos nostro mari locos occupauere. Augu. Caro Jesu est marię quā transuexit honozans omnē humanā naturā z multo magis materna.

Transuerbero as. transfigo. Cice. Martio. Sed q̄ potest esse homini politico delectatio/cū aut homo imbecillus a valentissima belua laniat/aut pręclara bestia venabulo transuerberat.

Transuersus a transuerso esse debet/qō est in obliquuz verto: licet nōdū legerim. Col. li. ij. Sed in arando maxime obseruandū est: vt tranuersus mons sulcet. Cice. li. iij. ad Herē. Ecce ibi ille de trāsuerso Deus inquit adolescens pueri tui modo me pulsarunt/satisfacias oportet.

Transuolo as. pe. cozre. ad aues pertinet: sed per translationem ponitur pro transcurro vel pro repente accedo. Hiero. ad Damas. Deq; dubiū z quid facerē nescienrē ita festin⁹ exterruit: vt omnibus pręterm̄issis ad scribendū transuolarē. Plau. in epi. pro transfugio posuit. Transuolauerūt ad hostes.

Transsumo is. ex alio sumo. Unde quę ex primis tabulis transcripta sunt/solēnitate iuris adhibita dicūtur transsumpta/z actus ipse transsumptio. Ite trāssumptio figura est quā greci μεταληψιν vocant/cum rem ex alio ad aliud transmouemus.

Transsuo is. ex trans z suo: sed s abijcitur. Col. li. viij. Media pars descripti orbiculi eadē fibula trāssuit.

Trapetes vel trapetū penul. pro. mola olearia a τρεπω voluo seu verto. Var. a terendo deducit. Virg. li. ij. geor. Terit sycionia bacca trapetis.

Trapeza/mensa seu tabula qua argentarij vtunt.

Trapezite penul. pro. du. mensarij pecuniarum campso

res. Plau. in ca. Subducā rariunculā quātillū argē/ti mihi apud trapeçitā fiet. Hier. cōtra Ruf. Quasi bon⁹ trapeçita adulterinę monetę pecuniā reprobet.

Trauli/qui maiori difficultate loquūtur. Unde ⁊ trau/lis. Lucre. li. iij. Magna atq; manifcata cataplexis plenaq; bonoris balba loqui non quit traulis muta pudens eſt.

Trebia/fluuius extra placentiā/apud quem Annibal romanos vicit. Eſt ⁊ trebia Celtiberorū ciuitas: quę pars eſt hyſpanię.

Trebula/oppidum fuit haud longe ab vrbe: vt ſcribit Pli. Et olim trebulanis ciuitas data fuit. Hinc Ca/ſe: trebulani dicti ſunt: de quib⁹ Var. Trebula nos genuit cōmēdat gratia duplex. Siue leui ſtāma: ſiue domamur aqua. Prope trebulanos ſūt ⁊ alij popa/li nomine Trebiani auctore Plinio. lib. iij. Sue. in tibe. Iterū eo cenſente vt trebianis legatā in op⁹ no ui theatri pecuniā ad munitionē vię tranſferre conce deretur/obtinere non potuit.

Tremo is. a ſimilitudine vocis quę tunc cum valde tre mit/apparet. Quo etiā in corpore pili vt ariſta in ſpi ca hordei horrēt. Et tremere quidē cōmoueri ſeu agi tari ſignificat. Plau. in aſi. Non placet pro mōſtro eſt: quādo qui ſudat/tremit. Interdū ponit pro time re. Virg. lib. ij. Hic aliud maius miſeris multoq; tre mēdū. Huius cōpoſita ſunt Contremo/intremo/in/tus ſeu valde tremo. Virg. lib. iij. Et feſſum quotiēs motat latus intremere omnē Murmure trinacriā. Pertremo/valde tremo. Et habet penul. co.

Tremiſco is. tremore cōcutior. Virg. lib. iij. Sonitūq; pedū vocēq; tremiſco. Hinc ptremiſco ⁊ ptremiſco. Lactā. li. vij. Itaq; trepidabāt oēs ⁊ ad luctuoſum il ⁊ ſonitū cōtre miſcēt. Hiero. cōtra Vigilantiū. Ita totus ⁊ corpore ⁊ animo ptremiſco.

Tremefacio ſicut ſonat. Virgi. Tū ꝺo tremefacta no/uus p pectora cūctis Inſinuat pauor.

Tremor/modo ipſam cōmotionē ſeu agitationē/mo/do timorē ſignificat. Virg. lib. ij. geor. Unde tremor terris. Et alibi: Cur ante tubā tremor occupat art⁹? venit tū ex greco τρεμω ⁊ illa quę deducunē.

Tremebundus. abunde tremens. Cice. lib. iij. ad herē. Sin erit ſermo in locutione leuiter ⁊ tremebūda vo/ce cum parua ſignificatione riſus.

Trepidus a. um. idem qō pauidus. Cuius dimi. eſt tre pidulus. Bel. Pulli trepiduli circūſtrepere. Et tre/pidus Feſtinus. Virg. lib. iij. Hic me dū trepidi cru delia limina linquūt: Immemores ſocij vaſto cyclo/pis in antro deſeruere. Ser. Trepidi feſtini vt per ti morē/non per odiū relictus fuiſſe videat.

Trepido as. pe. co. timeo. Amb. Trepidare virginuz eſt ad omnes ingreſſus viri pauere/omneſq; viri af/fatus vereri. Et trepidare/feſtinare. Virgil. lib. iij. Dum trepidant ale ſaltuſq; indagine cingūt.

Treueri/populi Gallię inter belgas in cōfinib⁹ germa/nię Meruijs finitimi.

Treſſis/tres aſſes. Perſius. Non treſſis agaſo.

Tris a greco. Mā greci τρεις dicūt. Unde trias adis. trinitas. Aliquādo ſignificat valde. Hinc trifur/ triſ megiſtus.

Triangulus/figura tres angulos habens iquam greci τριγωνον vocāt. Hinc triāgularę ⁊ hoc triāgulare.

Triarch⁹/nauis triremis ꝓpoſitus ab archon pnceps.

Triarij/erant milites fortiſſimi qui in legione romana vltimi erāt. Hi ſi quādo res fuiſſet in periculo in frō te acierū poplitibus flexis ſtabant ita vt potius ani mam amitterent q̄ de loco decederent. Unde oritur eſt illud prouerbiū/cum res ſunt dubię: Ventum eſt ad triarios. Var. Triarij dicti ꝙ in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerētur. Plau. Agite nūc ſub/ſidete omnes quaſi ſolent triarij.

Tribus us. a tributo dando: vel ꝙ ager romanus pri/mo diuiſus in tres partes fuerit: ⁊ tres partes popu li facte/vna tatiēſiū a tatio Sabinorū rege iam ami/co poſt federa: alia Ramniū ſiue rannenſiū a Romu lo: tertia Luceruz a Lucomone. Varro enim ſcribit Romulū dimicantem contra Titū tatiū a lucumoni bus: hoc eſt thuſcis auxilia poſtulaſſe. Unde quidaz venit cum exercitu cui recepto iam tatio pars vrbis eſt data. Unde in vrbe thuſcus dictus eſt vicus. Si/ue vt aliqui volunt a Luco/quem Etylū vocauerat romulus. Ergo in tres partes diuiſus erat populus adeo: vt qui etiā vni pręerat parti tribunus diceret ⁊ ſumptus dari populo tributa vocantur. Sed po/ſtea alię quoq; partes vrbis factę/quę ſimiliter trib⁹ appellatę ſunt. Nam in ſex partes fuit diſtributa ci/uitas in primos/ſecundoſq; tatienſes Ramnes/Lu/ceres. Quilibet ex tribubus decem curias contine/bat: q̄ de nominibus Sabinarū appellate ſunt. Var⁹: Feſtus/Plutarchus ⁊ Aſconius. Diſſentit pau lum Liuius ſcribens a Romulo Centurias equituz tres fuiſſe conſcriptas ramnenſes ⁊ tatienſes ⁊ luce res nec videt exiſtimare totū populū in hos fuiſſe di ſtributū/ſed ſolos equites. Aug. in pſal. interpreta/tione ſic ſcribit. Tribus alio nomine dici poſſunt cu/rię: ſed non proprie. Nam proprie ſi diximus curias non intelliguntur niſi curię quę ſunt in ciuitatib⁹ ſin/gulis ſingule. Unde Curiales ⁊ decuriones: id eſt ꝙ ſint in curia vel de curia. Et noſtis q̄tales curias ſin/gulas habent ſingulę ciuitates. Sunt autē vel erant aliquādo in iſtis quoq; ciuitatibus curię etiā populo rum: ⁊ vna ciuitas miltas curias habet: ſicut Roma. xxxv. curias habet populi. Hę dicūt trib⁹. Was po pul⁹ iſrael duodecim habebat ꝑm filios Jacob. Pli. refert quattuor ſolas vrbanas tribus fuiſſe appella/tas a partib⁹ vrbis in quibus habitabant. Mā Sub urrana Palentina/Collina ⁊ exquilia dicebātur.

Tribulis penul. prod. qui ex tribu eſt. Hora. in epiſto. Ut cum pileolo ſoleas cōuiuia tribulis. Cice. Ser. Lucio/Coſſino amico ⁊ tribuli tuo valde familiariē vtor. Hinc contribulis qui ex eadē tribu eſt. Hieroñ. lib. ij. Bachabeorū. Od cū rex annuiſſet ſtatim ad gētilē ritū cōtribules ſuos tranſferre cepit.

Tributim aduerbiū/ſignificat p ſingulas tribus.

Tributū a tribubus. Var. dictū oſtendit ꝙ ea pecunia quę populo imperata erat tributim ſoluebat. Feſt⁹: Tributū dictū: q̄ ex priuato in publicū tribuit. Su/mi poſtea hoc vocabulū cepit largius pro omni mu nere/quod a ſubditis ſoluitur.

Tributarius qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Juſti. lib. j. Sed ciuitates quę medorū tributarię fuerant.

Tribuni dicti ꝙ tūc in tres partes popul⁹ diuiſus erat: ⁊ ex ſingulis creabant: vel quia tribuū ſuffragio crea rentur: vel quia vt Lege. inquit/ꝙ tribuebāt iura mi litibus. Tribuni etiam vocati ſunt qui magiſtratum gerebant: vt regū tempore tribuni celerū: qui centu/rijs pręerāt: poſtea facti ſunt tribuni militares in ca ſtris qui parem cum conſulibus habebant poteſtatē qui imperatori opponebantur pro militibus. Tri/bunorum militarū ſicut docet Aſco. duo ſunt gene/ra. Alij rufuli dicunē qui in exercitu creari ſolēt. Alij ſunt Comitiati qui Rome comitijs deſignant. Tri/bunimilitaris officiū eſt: vt miles veſte indutus: ar/mis bene munitus/exercitatiōis vſu ⁊ diſciplina eru ditus incedat. Olim tribuni militū cōſulari poteſta/te promiſcue ex patribus ac plebe creati ſunt. Alij fu erunt tribuni plebis qui in defenſione plebis a patri bus facti ſunt āno fere decimoſeptimo poſt exactos reges. Alij tribuni erarij dicti ab eo ꝙ his attributa erat pecunia quā militi reddebant.

Tribunitius/qui tribunus fuit.

Tribunitius a.um. quod ad tribunos pertinet. Salu. Nam postq̃ .L. Pompeio. ⁊. M. Crasso consulib⁹ tribunitia potestas restituta est.

Tribunatus us. ipsa tribunorũ dignitas. Cice. Lel. de Cañ. aut Gracchi tribunatu quid expectem nõ libet augurari.

Tribunal pe. pro. locus excelsus in quo residebat q̃ ius tribubus redderet.

Tribuo is. bui. butũ. quasi tributuꝫ do/concedo. Sed hoc beniuolentię eius tribuendũ est. Aliquãdo capitur sicut vendo. Hiero. in Deutro. Aquã pecunia tribue ⁊ sic bibemus. Aliquãdo capiť pro assumo vt tu tibi multũ tribuis. Aliquãdo pro fauere. Cice. Crassipedi. Cum vniuerso ordini/publicanorũ semp libẽtissime tribuerim. Qui⁹ cõpolita sunt Attribuo/cõtribuo/simul tribuo: hoc est aliis partẽ facio. Distribuo/diuersis modis tribuo. Terẽ. in Adel. Argentum annumerauit/illico dedit: ẽterea in sumptum dimidiũ minę id distributũ est sane ex sententia. Retribuo/quasi retro tribuo: hoc est remunero.

Tribulus pe. coꝛ. spinę genus a semine triangulari dictus vel qui cuspidatus trifariã feriat. Ouid. libꝛo. r. me. Loliũ tribuliq̃ fatigãt triticę messes.

Tribula ę. ⁊ tribuluꝫ/genus vehiculi quo frumenta in area terũtur a tribus lateribus sic appellatur. Aug. libꝛo de ciui. dei. Nam sicut sub vno igne aurũ rutilãt ⁊ palea fumat: ⁊ sub eadem tribula stipulę cõminuuntur/frumenta purgantur. Virg. li. j. Geoꝛ. Tribulaq̃ trahęq̃ ⁊ iniquo pondere rastri. Var. Espicis in area excuti grana: qõ fit apud alios iumẽtis iũctis ⁊ tribula.

Tribulariũ a tribula fieri videť/⁊ significat locũ vbi tribulę reconduńť: vt est apud Col.

Tribuloꝛ/verbũ factũ ab angustia ⁊ doloꝛe illoꝛũ q̃ tribulũ ferri vel tribulũ herbam calcauerit q̃ oriť in lacubus ⁊ paludibus trigoli vel ferrarię/vulgariť etiã murex/angulata est: iaciť vt vis semp cuspis est erecta/bellicũ ferramentũ est.

Tribꝛachus penult. coꝛ. pes ex tribus bꝛeuib⁹ syllabis constans a τρεισ ⁊ βραχυσ qõ significat bꝛeue: vt Te corydon o alexi. Vbi dono a tribꝛachus est cum vocalis ante vocalẽ bꝛeuis fiat.

Trica/apulię oppidũ. Vide in dictione apina.

Triq̃/capilli pedibus pullorũ gallinaceoꝛũ inuoluti. Qm̃ vo gressum illoꝛũ impediãt: factũ est vt oia impedimenta tricę dicanť. Plau. in Cur. Qd̃ argentũ tu mihi? quas mihi tricas narras? Inde extricare et intricare pro expedire ⁊ impedire.

Tricephalus pe. coꝛ. qui habet tria capita.

Triceps/triũ capitũ. Seneca. Tricipitẽ secũ beluã manibus trahens.

Tricliniũ/latine discubitoriũ dici põt. Est em̃ locus in quo discumbebant ⁊ cenabant q̃cipue in cõuiuio accepti a tribus lectis quos sternebant contignis. Matris mensas in cõuiuio apponere veteres solebant ⁊ facendo cenare sicuti turci faciunt. Τρισσ em̃ tres κλιν lectus dicitur. Vnde Hoꝛa. Sepe tribus lectis videas cenare quaternos. E quibbus vn⁹ auet quauis aspergere cunctos: pręter eũ qui pꝛebet aquã. Iuue. Ergo duas post Si libuit mensas neglectũ adhibere cliẽtẽ. Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto Una simus ait. Virgil. Inde toro pater Eneas sic oꝛsus ab alto. Quintil. locũ intellexit dũ ait: Vix eo limen egresso triclinũ illud supra conuiuas coꝛruit. Apul. lib. r. Jam deniq̃ cenaui e triclinio dñi decesseram⁹. Hũc locũ Cicero appellat Cõclaue. Cuius hęc sunt verba. Hec inter conclaue illud cecidit. Pꝛopꝛie tamen conclaue dicit quicũq̃ locus secretioꝛ vbi colloquia fieri solent. Habetq̃ vnã clauẽ cõmunẽ domestici⁹: nec est omnibus ad eũ eundi potestas. Victruui⁹ In triclinarijs/cęteriscq̃ cõclauibus maxim⁹ est vsus luminũ. Constat igiť triclinũ ⁊ lectos discubitoꝛios ⁊ ipsaꝫ cenationẽ. i. locũ vbi semp lectis cenaturi discumbebant significare. Sed postea triclinũ p abusionem apparatus ad mensam factus dici cõsueuit: et coacta in locũ vnũ parãdę paucoꝛ cęnę suppellex necessaria. Hinc Archtriclinus qui huic ministerio ẽ. est. Vnde Cice. Sterni triclinia ⁊ in foꝛo sterni iubebat. Sic Biclinũ locus attributus cõuiuio a duplici ordine discũbẽtiũ. Plau. in bac. Aduortite nesilche ⁊ tu pistoclere iaꝫ facite in biclinio cũ amica sua vterq̃ cubitũ eatis.

Triclinarius/minister qui in triclinio ministrat.

Vruum aratri curuatura: a quo (ληφη vrtica dicit, vruo as. qõ est aratro desinio.

V Ante S

Vsia cũ accentu in pe. latine essentia siue substantia ór. Aug. in dial. Vsia est ꝓprie et pncipaliter dicta que neq; in subiecto neq; de subiecto significat: vt est hic hõ vel hic equus. Scõe dicunẽ vsie genus ꝛ species id ẽ aial ꝛ hõ: ꝙ soli indicẽt primã: Ut siqs nolit vel nesciat dicere: Socratẽ dicat aial vl hominẽ. i. genꝰ vel speciẽ quibus dictis quid sit Socrates agnoscit,

Vsq; pe. cor. frequēter abutor. A quo vsitatus vsita
Vspiā: pro vsq; et in loco t ad locū (tior vsitatissim⁹. significat: Terē. in adel. Aut vspiā ceciderit.
Vsq; alicubi: q̄si vno quouis loco: a quo nusq; nullibi.
Vsq; modo p̄po est significās ꝓtinuationē t finē actus puta loci tpis t hmōi: vt vsq; ad diē dominicū tecū futurus sum. Virg. Vsq; sub extremū brume iustra/ctabilis imber. Tib. Vera cano sic vsq; sacras inno/cia laur⁹ Uescar: et eternū sit mihi virginitas. Sed cū noibus ,p̄riis loco: vel domus rus militia iūgit simplicem actū requirit: vt vsq; rus propero. Q̄nq; addit ad. Cice. pro deiota. Vsq; ad numantiā misit. Cū alijs vero iūgim⁹ ad vel in: vt vado vsq; in hispaniam: vado vsq; ad padū. Interdū etiaz de loco est. Terē. in eu. Ex ethiopia ē vsq; hęc. Q̄nq; aduerbiū est significans diu aut multū aut prope. Idē in adel. Ethesipho me pugnis miserū t istaz psaltriam vsq; occidit. i. ꝑe vel vehemēter occidit. Nā occidere ad eadē veteres referebant. Aliq̄n significat assidue pseueranter. Cic. Cornifi. Mihi cure vsq; erit q̄d agas. Virg. li. vj. Nec vidisse sat; ē iuuat vsq; morari.
Vsquequo quasi ad vnū aliq̄d tēpus vel locū vt vsque/
Vsq; q̄q: passim assidue sp: q̄si i vno q̄q; (q̄ ebria eris: loco siue tpe. Cic. Treba. Vsq; quaq; sape oporteat.
Vsq; eo t vsq; adeo. i. intantū. Cice. Vsq; eo vt ego miserer eius. Aug. Vsq; adeo inter frementes pmānsit intrepidus t inter lapidū fuit cruciamenta securus: vt incredulitatē iudeoꝝ fidenter argueret.
Vsq; antehac. i. anteq̄ sicut exponit Do. Ibi iungūtur due p̄positiones/sed vna est velut aduerbiū: nulla em̄ p̄positio p̄positioni iungi separatim potest. Sed vsq; eiusmodi est: vt sine aliqua p̄positiōe raro inueniat. Terē. in an. Ut anim⁹ in spe atq; i timore vsq; antehac attentus fuit.
Vsus: ipse vtendi actus. Virg. Nam neq; erat coꝝs vsus. Interdū consuetudo. Quint. Mulierē cū qua longus illi fuerat vsus. Interduz opus t exercitiū. Virg. li. viij. Arma acn facieda viro nūc virib⁹ vsus Nunc manib⁹ rapidis. Interdū fructus t vtilitas. Apul. Cū id ex vsu meo nō esset. Hic vtilis t vtilitas
Vsura: vsus ōr. Sene. Si mihi vni⁹ diecule vsurā pmi fisset. Unde t pecunia q̄ in fenore sorti accedit vsura ōr/q̄m ex vsu acquirat. Hanc Var. impendiū vocat q̄ inter se iūgat vnūq; fiat quasi compendiū. Sido. apollinaris posterioꝝ vocat: quoniā qui fenus agitant t in vsuras extendūt vident aggregare posteriora prioribus t ortis oritura cōnectere. Ob id greci τοκος vocant eas quasi partus posteritatē.
Vsurarius a. um. ex q̄ capit vsus. Plau. in Am. Aleumenā vxoꝝ cepit vsurariā.
Vsuarius dicit̄ ille cuius est vsus qui rei vsum capit.
Vsuuenit. i. accidit. Ci. in Cato. Nā si id culpa senectutis accideret eadē mihi vsuuenirēt oia et relīq; maiorib⁹ natu. Pli. Id em̄ frequenter vsuuenit vt mali
Vsucapio: is duo vident: vñ Usuca/ (bonis ꝑferant. ptio/siue vsucapio onis. que est ab vsu acquisitio vel adiectio dominū p ꝓtinuationē possessiōis tpis lōge diffiniti: vt puta. xxx. aut. xl. annoꝝ si res imobilis sit quā possidemus: triū annoꝝ si mobilis. Recentiores primā illā ꝑscriptionē: hanc vo vsu capionē vocant. Ita em̄ ōr vsucapio sicut pignoricapio. Cato. Hęc pignoricapio ad ęs militare facta est: q̄ ęs tribuno grario miles accipere debeat. Paul. Qui alienā rem mouit causa traditā vsucepit nō ab eo videt accepisse cui⁹ res fuisset sed ab eo qui vsucapionis prestitisset.
Vsufructus dicit̄ cū res aliqua nō nra est: sed perinde ea fructū atq; vtilitatē capimus ac si nostra esset. Diffinitur q̄q ab Ulpi. q̄ sit ius alienis rebus vtendi fruendiq; salua rerū substantia.
Vsurpare est in frequenti vsu habere: et hoc siue factis siue verbis fiat. Col. lib. ij. Maz illud q̄ in quibusdā prouincijs vsurpatur: vt coꝝnibus illigetur iugū fere repudiatū est ab oīnibus. Cice. Quod semper vsurpamus in oratorionib⁹ dictis ac factis minimis ac maximis cum hoc decere dicimus: illud nō decere. Igitur vsurpare t frequenter decere: seu frequenter facere. Amb. lib. hexa. pro solere posuit. Ipsum mundū ꝑ fuisse et fore Aristoteles vsurpat dicere. Juriscōsulti vsurpare ,p̄ preter ius vti vtūtur. Gel. lib. ij. Mutiū iurisconsultū dicere solitū legi non esse vsurpatā mutiere quę cū calendis ianuarij apud virū causa matrimonij esse cepisset ante diem. iiij. calēdas Januarias sequentes vsurpatū esset nō posse impleri trinoctiū q̄ abesse a viro vsurpādi causa ex. xij. tabulis deberet: q̄n tertię noctis posterioris ser hoꝝ alteri⁹ anni essent qui inciperent ex calendis.
Vstulo as. p. cor. ab vro fit. Pacu. Candēti ferro crines vstulare. Liui. Pauci semiustulati venere i potestatē.
Vstrina penul. pro. locus in quo metalla candescūt vt laborent. Pli. In vstrina ter siccant ita vt coꝝreant carbone puro ac totiens vino restinguant albo.
Vstrigo pe. ,p. vedo ōr. Amb. lib. hexa. Nō desinit esse tritica: si aut vstrigine adurat: aut imbre madidet.

V Ante T

Vt cōiunctio causatiua: vt dedi tibi libū vt legeres: id est ,p̄ter hanc causam. Cic. Lentu. Non illi quidē vt mihi stomachū facerēt. Interdū adūctiua est. Plau. Jo mihi suasit vt ad te irem. Interdū elegantie causa ponit. Cice. Invitus feci vt C. flaminiū de senatu ejicerem. Mihil em̄ significat nisi inuitus feci. Interdum ponitur pro q. Teren. Mihil do vt etiā impuratus ille me irrideat. Interdū est aduerbiū tēporis: et significat statim/posteq̄/exquo/primū. Virg. Et regem equeuū crudeli vulnere vidit. Jdez. Turnus vt infractos aduerso marte latinos. Interdū aduerbium qualitatis: et significat quo modo. Virg. Ut vidi: vt perij: vt me malus abstulit error: id est statim posteq̄ vidi: siue cum primum vidi: quo modo perij. Unde amicos interrogamus: vt vales. i. quomodo/vales. Significat etiā qualitatem certā et incertam. Terē. in adel. Non me hanc rem vt erat gesta patri indicasse: q̄ dicat quoquomodo: vnde male. Aliq̄n admirātis. Plau. in ru. Ut in ocellis hilaritudo est. Et illud, Ut nūc fluctuat mare: i. ꝗtum siue quomodo. Aliquādo similitudinis. Idem. Ut imbrices fluunt oculi. i. sicut. Q̄nq; ei postponit ita. Cic. libro de ora. Ut q̄q; optime greçe sciret: ita esse nequissimū. Ubi notandū q̄ licet quidā preceperint in hac iūctura ita et vt semper respondere gradus. Quid. tamen libro hero dixit. Ut ferus ē multoq; suis truculētior curis. Spectasse siccis vulnera nostra genis. Non em̄ siccioribus dixit. Ponit nōnunq̄ pro vtpote: id est tanq̄. Liui. Gens vt in ea regione diuitijs ꝑpollens. Q̄nq; pro quippe. Quinti. Nec ignoro q̄s transeo: nec vtiq; dāno: vt qui dixerim esse in oīnib⁹ vtilitatis aliquid. Interdū significat ita: vt siue ,p̄ter q̄: vel quapropter: vt si dicā: quotidie hospites ad me veniūt vt incipiā iam stomachari tantā frequētiam. Item aduerbiū optandi/et ponit pro vtinā. Teren. in heau. Ut illū dū deeq; omes pdant. Itē significat ſm Quintili. Ut vero oratoꝝ vt est semp ad dicendū paratus. Cic. Qui sermo: que precepta: q̄ta notitia antiquitatis: scientia iuris augurū. Multe etiā vt in hoie romano litte[illegible]. Interdū significa. ętum. Plau. in ast. Ut nostre fortunę ꝓcedūt libane. Terē. in an. Ego posteq̄ te emi a paruulo vt semper tibi apud me iusta ac clemens fuerit seruitus scis. Ponit ꝑ ęquis. Plau. Ut istuc periculū ingens sit: me tamē nō terrefacit. Quid. ad rufū. Ut deliyt vires tū est laudanda

voluntas. Pro ē. Virg. At te post multa tuorū funera. Pro ne nō. Terē. in an. Dies hic mihi vt satis sit vereor ad agendū. Jūgit modo indicatiuo: vt sustinui. Modo optatiuo: vt faciā. Modo subiūctiuo Vir. Infandū regina iubes renouare dolorē Troianas vt opes ⁊ lamētabile regnū eruerint danai. Ab vt fit vti ⁊ addēdo nam: fit vtinā. Sicut sicuti: velut

Vtut: come se voglia. Terē. in (veluti. Prout. i. sicut. adel. Jmmo hercle hęc queso sire vtut hęc facta sūt.

Vtcunq; sīr: significat quomodocunq;. Liui. Vtcūq; erit iuuabit tñ rerū gestarū memorie pncipis terraꝝ populi meipsum consuluisse.

Vtinā aduerbiū optātis. Q̄nq; etiā dicimus Ovtinā. Ouid. O vtinā cum lacedemona classe petebat.

Vtputa significat quēadmodū.

Vtiq; aduerbiū similitudinis: et q̄nq; ponit ꝓ certe vt prorsus. Quintil. Solent hmōi negociatores aliq̄d ꝓuū ac ꝓuatū stipulari vtiq; cū rem alienā vendāt. Hiero. in prolog. paralip. Que vtiq; in codicibus nr̄is nō habent. Sue. in Tito. Ceterū Titū qui ꝓpe

Vtquid significat quāob (adstabat vtiq; imperatorū. rem: propter quid: vt Quid repulisti nos in finem.

Vtpote aduerbiū cōfirmātis: et causatiuum: significat eñ quoniā quādoquidē. Sal. Antoni⁹ aberat a bello vtpote eger ac iacēs. Ponit etiā ꝓ tanq̄. Sue. in Aug. Edes sacras vetustate collapsas aut incēdio nb̄sumptas refecit: easq; opulentissimis donis adornauit: vtpote qui in cellā capitolini Iouis sexdecem millia pondo auri vna donatiōe ꝓtulerit. Amb. lib. j. offi. Erat Jsaach dñm timēs vtpote habraę indoles deferens patri honorē. i. quoniā vel tanq̄.

Vter a. um. significat quis vnus ex duobus: ponitur q̄ interrogatiue: vt vter vestrum fecit hoc? Infinite: vt scio vter vestrū hoc fecerit. i. quis vnus vestrū hoc fecerit. Dicim⁹ vter alterū. Pli. Vter alteri dixerit nescio. Similiter dicimus vter vtri. Lice. Vter vtri insidias fecerit. Hinc sunt composita q̄e sequunt.

Vter significat ambos: licet inter se differāt: q̄ cū vtrūq; aliq̄d fecisse dicimus et ab hoc ⁊ ab illo seperatim id factū intelligimus: vt vterq; sibi domū ędificauit hoc est et hic ędificauit sibi domū et ille. Cum vero ambos dicimus fecisse: ab vtroq; cōiunctim id factū ostēdimus: vt ābo sibi monumentū ꝓstituere: hoc ē/ hic et ille sīl' vna sibi cōmonumentū fecere. Propē quod vtrūq; alterū verberasse dicimus: hoc est/ hūc illū: et illū hunc verberasse. Lice. Quorū vterq; suo studio delectatus contēpsit alterū. Quintili. Cū eñ vterq; alteri obūciat palā est vtrunq; fecisse. Eodem modo vtrunq; vtriq; aliquid fecisse dicimus. Terē. Quia vterq; vtriq; est cordi. Ambos autē alterum verberasse: vel ambos verberasse ambos: non recte dicim⁹: qr̄ significaret ambos seipsos verberasse: sz simbo se mutuo verberarūt. Aug. Vterq; significat ambos: et tñ singulari sono ē/sed significatiōe duali. Vā cū dixit Virg. Constitit in digitos extēplo arrectus vterq; duo significati sunt: cū dixit vterq; cū autē arrectus noluit exprimere pluralitatē: vt sit in plurali vtriq;. Sed hoc interest: qr̄ licet vterq; duo significet: tamē solū duo. Utriq; autē duo significat sed sic vt in singulis multi sint. Si dicas vtriq; exercitus duo significo/sed sic vt in singulis turbā intelligi volo: hec quidē distincta sūt: sed item auctoritate confusa. Nam cum ait. Virg. Super vtraq; quassat tēpora cōfudit: dicere eñ debuit sup vtrūq; tempus cū de duobus tēporibus loquerē.

Vterlibet penul. cor. alter ex duobus: hoc est vter quē tibi capere libet.

Vteruis: vter quē tu vis. Si quiuis et quilibet. Nihil eñ est aliud quiuis q̄ vnus quē tu vis: et quilibet: q̄ vnus qui tibi magis libet. Hoc eñ differūt: vteruis ⁊ vterlibet a quiuis a quilibet: q̄ illa vnū ex duobus significant: hęc vnū ex pluribus. Terē. Abs quiuis hoie cū est op⁹ beneficiū accipere gaudeas. Quinti. Periculosum ⁊ cū cura intuendū genus: q̄ si in ꝓpo nēdo vnūquēlibet amiserimus: cum risu quoq; cota res soluit: rutius sic interrogare si hęc actio nō sit q̄ sit. Simul eñ remouent ostia: vel cū duo ponentur inter se contraria: quorū tenuisse vtrūlibet sufficiet. Ecce in eodē loco: vtrūlibet quodlibet vsus est: alterō ꝓ eo quod est vnū de duobus: altero pro eo qō est vnū de pluribus. Hiero. Adducet ad Aaron vl ad vnūquēlibet filiorū ipsius.

Vtroq; aduerbiū loci: hoc est ad vnū aliquē locū et ad alterū. Liui. Utroq; loco. Utraq; per vtrūq; locū.

Vtrū aduerbiū: modo interrogantis est. Plaut. Utrū id verū putas: an nō? Modo dubitantis. Seneca. Utrū nobis id cōueniat aiaduertendū. Componit quādoq; cū nam. Hiero. lib. Re. Et cōsuluerūt post hęc dominū: vtrū nam venturus esset illuc.

Vter vteri: et vterus vtēri dr̄/quē alio noie locos appellāt: et vulgo falso matrice: cū matrix sit fęmina q̄ fęcundatia teneť. Existimat Pli. vuluā dici in ceteris animalibus: in muliere vterū. Jdeo vterus dr̄: qr̄ cōtinet et tanq̄ vter est: ad pregnātes⁹ ptinet. Q̄nq; tñ sumť ꝓ ventre. Virg. Uteruiq; armato milite cōplent. Cecil. Hūc vter crescit nō pōt celari. Hui⁹ dimi. est

Vter vtris gene. mas. pellis qua vinū aut (vterculus. oleum deferri solet.

Vterculus. Pli. Et in vterculos ꝓgestus apū liquor. orē eñ ex eū euomūt. Diminutiuū. est ab vter, ꝓ vētre.

Vtriculos in forma videtur Plin. accipere li. xviij. ās galli Cisalpini redūdagine: in venetia, puincia ple/

Vtricularius qui inflat ex vtre (riq; subuectores vocāt. physicā. Et a greci Ascaules dr̄. Sue in nero. Coluerat se, pditurū hydraulā ⁊ choraulā ⁊ vtricularium.

Vtor vsum habeo: et sp de rebus bonis ac necessariis necnō ⁊ diuinis inaliisq; dr̄: vt vtor domo diligētia cōsuetudine studio: ⁊ hmōi. Teren. Scio te non esse vsum antehac amicitia mea. Sed cum de personis loquimur accipitur pro cōuersari. Cicero Lentulo Trebonio Vltos annos vtor: valde familiariter. Inde vsus pro cōuersatione. Quinti. Vulierē cum qua longus illi fuerat vsus. Et qr̄ aliqua re vtimur vt ex ea fructū ꝑcipiamus factū est vt dicamus vsum pro vtilitate. Constituit q̄nq; cū actō. Lice. lib. acad. Et q̄ a superioribus acceperāt vtebant. Var. Utile vtamur potius q̄ ab re abuteamur. Huius cōposita sunt Abutor. et Couto.

Vtensile pe. cor. qō est ad vsum necessariū. Col. lib. xij. Utensilia quib⁹ aut alit hoim gen⁹ aut etiā excolit.

V Ante V

Vua est que in vite fit: dicta ab vuido. Aliquādo ponitur pro vite. Virg. Et turpes auibus predā fert vua racemos. Et vua morbus quem greci Staphylem vocant: inflammatio est eius partis que in ore colli dicitur et Staphylophoros ab Aristotele. Distenditur hęc ⁊ luteo colore subrubescit acino ꝑsimilis. Est autem vua id quod in fine palati dependet: circa fauces: vt in biante homine cōspicitur: sic dicta quia vt vua depēdet/et humiditate variatur: et est vocis moderatrix. Serenus. Egrescunt tenere fauces cū frigoris ora vis subit: vel cuꝫ ventis agitabilis aer vertitur: atq; ipsas flatus grauis inficit vuas. Sub vua est minor lingua q̄ Epiglottis dicitur. Dicit etiā vua de apibus cum collecte sunt: ⁊ in modum botrionis dependent. Col. Cum examen glomeratum in proximo frondentis arbusculę ramo confederit animaduertito an totum examen in speciem vnius vuę dependeat. Pli. lib. xj. Tūc ostentę faciūt ꝓuata ec

publica vua dependẽte in domib⁹ templisq⁹. Virg⁹. Et densis vuam demittere ramis. Seruius. Vuam demittere. i. in morẽ vuę botrionẽ defluere.

Vuidũ/humidũ/pingue: qđ precipue hȝ aliq̃d humorȝ intrinsec⁹. Vñ et vua dicta. Vumidũ qđ hȝ humorẽ

Vulcanus de⁹ antiq̃s putat⁹ est: q̃ igni (extrinsecus ficaẽ ignis q̃ canus ꝙ aera volet. Volat em̃ flam̃a et candida est. Hic ⁊ mulciber appellaẽ: q̃ ferrũ mulceat. Fingũt em̃ poete hunc fuisse deũ et Iouis ex Iunone filiũ. Qui faber Ioui fulmina cõra gygantes fabricauit. Hinc vulcanie insulę appellate sunt.

Vulcanũ in corno ꝛclusum geris: igni. ignẽ in laterna

Vulceris tis. sine s. posti. ⁊ per u. (portas.

Vulga sacculus scorteus: siue ex alia materia i quo pecuniã vel alia vitę necessaria ferre solent boies dicta q̃ nũmos aliasq⁹ res inuoluat. Lucil. In vulgã penetrare pilosam. Var. Ut viaticũ ex arcula adderẽ in vulgã. Hęc etiã a veteribus Bulga dr. Est ⁊ vulga siue bulga folliculus ad brachiũ pendẽs gerẽde pecunię gratia. Lucil. Cui neq⁹ iumentũ est nec seruus nec comes, vllus bulgã ⁊ quicq̃d hȝ nũmoȝ secũ hȝ: cũ bulga cęnat dormit lauat. Vñq⁹ ponit̃ ꝓ vulua: et ecõtrario vulua pro sacculo. Idem. Ita vt quisq⁹ nostrũ e bulga est matris in lucem editus.

Vulgus neutri gene. et indeclinabile. Et vulgus vulgi masc. ge. significat multitudinẽ ignobiliorẽ. Virg⁹. Seuitq⁹ animis ignobile vulgus. Cice. Saturnum maxime colunt vulgi. Virg⁹. In vulgũ ambiguas ⁊ querere conscius arma. Et a voluẽdo quidã dici putant: q̃ stulte huc atq⁹ illuc voluatur.

Vulgo aduerbialiter positũ significat passim ꝙ omẽs: cateruatim. Virg. Hinc letis vituli vulgo moriunt̃ in herbis. Vulgo cõcepti dicũt̃ qui patrẽ demõstrare non possunt: vel qui possunt quidẽ sed eũ habent quẽ habere non licet. Qui et spurii vocant̃.

Vulgaris et hoc gare. qđ est vulgi: hoc est vile ac cõe: vnde ⁊ respõdet singulari. Cice. in arte veteri. Magna an parua/facilia an difficilia: singularia sint aut vulgaria: vera an falsa. Aliq̃n vulgare dicit̃ quod ẽ tritũ ⁊ consueũ. Quintil. Simul ne vulgarẽ viam ingressus alicuius demũ vestigiis insisterem.

Vulgo as. in vulgus do: et q̃si multis audientib⁹ ac nõ tacituris dico: et cõe oñib⁹ facio manifesto vile habeo. Virg. lib. x. Quid me alta silentia cogis rũpere ⁊ obductũ ꝟbis vulgare dolorẽ. Lact. lib. vij. Que vaticinia eoȝ cũ paulatim fama vulgasset. Liui. lib. j. Sunt qui laurentiã vulgato coꝛpore lupã inter pastores vocatã putent. Plaut. in am. Cui me absente coꝛpus vulgauit suũ. Huius cõposita sunt Diuulgo Euulgo: qđ ẽ extra in vulgus exeo. Liui. li. ix. Liuius repositũ in penetralibus pontificum euulgauit. Inuulgo. Gel. Labris foras editis iuulgaret. Peruulgo valde vulgo. Terẽ. Vbi rem sciui cepi inbũanius neq⁹ vt animũ decuit ęgrotũ adolescentuli tractare sed vi ⁊ via puulgata patrũ quotidie accusabã

Vulnus: vide in dictiõe Vlcus. Hinc vulnero as. saucio vulnus infero. Transferr̃ q̃q⁹ ad animũ ⁊ significat ango. Vnde ⁊ vulnus animi ꝙ angore accipit: seu damno. Pli. Maximũ illi fortuna vulnus intulerat duob⁹ filijs immatura morte sublatis.

Vulnerarius: medic⁹ chirurgus q̃ vulnera curat. Vulnerariũ emplastrũ quod vulnerib⁹ imponit̃.

Vulpes ⁊ volpes: aiaĩ teste varrone ꝙ pedibus volet. Huius diminutiuũ est vulpecula. Hora. Forte per angustã tenuis vulpecula rimã. Adiectiuũ vulpin⁹ a. um. qđ est a vulpe. Sue. Vbi leonis pellis deficat vulpina insuẽda est. Aliq̃n ponit̃ pro astuto. Plau. Vulpinus animus ne quid moliaẽ mali.

Vulpinor aris. signi. mẽdacijs ac fraudib⁹ vera pueꝛto siue effugio. Tractũ ab interꝛto vulpiũ cursu.

Vulsinus penul. pro. lacus a vulsini oppido cui adiacet nolatus in etruria piscijs fertilis. Vulsini em̃ oppidũ fuit opulentissimũ: a quo vulsinensis dicti sunt.

Vultur ⁊ vulturis ⁊ vulturius in ntõ dici potest. Enn. Vulturis in siluis miserũ mandebat homonẽ. Huius est rapax carniuora: a volatu tardo dicta ꝙ propter magnitudinẽ coꝛpis tarde volet. Plaut. in tru. Jam q̃si vulturij: triduo pmus ꝑduinabãt q̃ die esurituri sient: de hac aue sic scribit Amb. Negant vultures indulgere cõcubitui et iugali quodã vsu nuptialisq⁹ copulę sorte misceri: atq⁹ sine vllo masculorũ cõcipere semine: et sine pcũctiõe generare: natosq⁹ ex his in multã ętatẽ lõge vitę ꝓcedere: vt vsq⁹ ad cẽtũ annos vitę coꝛ series ꝓducaẽ. Est ⁊ vultur mõs in Apulia.

Vulturnus ventus qui ab oriẽte hiberno spirat. Dicit⁹ a vulturis volatu vt quidam aiunt qñ alte resonat. greci Euronotũ vocãt: q̃ inter notũ ⁊ eurũ sit. Hoc noie etiã dictus est fluuius qui per campaniã labẽs haud longe a cumis mergit̃: quod ⁊ vulturnũ dicit̃. Syrius. lib. viũ. Fluctuq⁹ sonoꝛ vulturnũ.

Vulturnũ oppidũ cãpanoꝛ est: et fluui⁹ de q̃ mõ ẽ dictũ.

Vultus a volo vis: sicut a colo cultus: ꝓprie significat voluntatẽ hois quę ꝙ motu animi in facie ostendit̃. Cũ facies sit ipa ozis species que pmanet: vultũ sibi fingere multi possunt formam nemo. Lucre. lib. iij. Protulit vultu neu. genere. Sed q̃s vtriusq⁹ figure esse vides mixtim referẽtes vultu parentũ. Vultus autẽ in nullo animante est ꝓeter hominẽ. Huius diminutiuũ est vulticulus quo vsus est Cicero.

Vultuosus: tristis. Cic. de optimo genere dicendi. In quo cuꝛ effeceris ne quid ineptũ sit: aut vultuosum. Hinc aduerbiũ vultuose: quod Do. vsurpat pro eo quod est indignanter facie męsta ⁊ fronte subducta et cũ gestu rebus accõmodato. Vultuosa frõs apud Apul. pro męsta accipit̃. Bit em̃ lib. iũ. met. Longe dissimilis aduenit nõ ex leta facie: sed vultuosa frõte rugis insurgentib⁹ adseuerabat.

Vulua seu volua: idez quod vterus: ⁊ matrix vulgo dr licet falso: dicta q̃ fętus inuoluat. In ea em̃ ꝓceptus sit et fętus cõtineẽ. Hanc multi ex romanis ex porca in deliciꝭ habuere: que duplici nomine appellabaẽ. Siectitia. s. porcaria. Siectitia a partu eiecto siue enecto. Porcaria ab edito. Siectitiã. Plinius optimaȝ esse ait que fuerit porce occise: cũ eiectus siue enect⁹ ẽ partus. Porcariã cũ editus est: melioꝛq⁹ erat eius que peperisset q̃s virginis. Mã a partu statim suem primiperã interficiebant: tum habẽde vulue gratia: tum vt sumen optimũ efficerent. Var. Te fortasse magis capiet de virgine porca. De materna graui de sue volua capit. Vñq⁹ accipit̃ vulua pro ore vulue. Iuue. Adhuc ardẽs rigide tentigine vulue. Pli. quoq⁹ boletorũ ꝓrumpentiũ in oui specie albũ illud inuolucrũ voluã nuncupat.

V Ante X

Vroꝛ quasi vnoꝛ ab vngendo. Mã cũ puelle nuberent apud veteres ac mariti domũ intrarent axungia postes vngebant: putãtes ex hoc oñia mala ab ea domo arceri: vel ꝙ lotos maritos vngebãt. Enn. Exin tarquiniũ bona femina lauit et vnxit. Ser. in cõ. lib. iiij. eñ. sic habet. Mos fuerat vt nubentes puelle sit̃ cũ venissent ad limẽ mariti postes anteq⁹ ingrederẽtur oznarent laneis vittis et oleo vngerent. Et inde vroꝛes dicte sunt quasi vnoꝛes. Plin. quoq⁹ scribit nouas nuptas lupino adipe postes inungere solitas ne quid mali medicamenti inferret. Huius diminutiuũ est vroꝛcula. Hiero. ad oceanũ. Tu mihi olim emoꝛtuã de sepulchꝛo vroꝛculã protrahis.

Vroꝛius a. um. quod est vroꝛis: vel qđ ad vroꝛẽ ptinet vt res vroꝛia. Aug. lib. ij. cõ. Non curauit hęc quis

metus erat ne impediret spes mea compede vrozia Aliqñ vrozius dicit qui vrozi nimis inseruit. Virg. Pulchramq; vrozius vrbem extruis.

X Littera seminoca lis est: que vim duplicis cõsonantis hz pro qua modo cs.gs. primit° vte bant: vt apecs greçs: pro quib° nũc aper grex dicimus. Sciendum q; transit in u. consonantẽ: vt nix nuis in ct. vt nox noctis et in aspiratione subit: vt veho vexi. Quotiensc unq; autẽ hec ẽ positio ex: cõponit cũ dictione incipiente a. vocali vel c.p.t.z s. remanẽt integra: sed quãdo cũ s. s abijcit: vt exaro/exeo/exigo/exoleo/exuro/excutio/explodo/extraho/exequor/expes.

X Ante A

Xanthus: latine fluuius dr. Quo nole dict° ẽ fluuius troianus: qui z Scamander dr. Nam qñ in campis troianis proxime flumẽ armenta rufa et pecora leucophea nascunt: ideo flumen id ilieles xanthũ appellauisse dicunt. Est z nomẽ viri/et nomẽ vrbis Lycie a fluuio sic nũcupate. Et nomen equi Hectoris.

Xanthũ pli Asie qui cũ eozũ vrbs ab harpago prefecto Cyri obsideret vxores suas ac seruos et omnes opes in arce posuerũt: deinde adhibito igni cremauerunt: ipsiq; in bello irruentes cuncti cecidere.

Xanthicus aprilis mẽsis hebreo z lingua appellat° est.

Xantho fuit vna ex nymphis Oceani et Tethyos filia. Virg. lib. iij. geor. Drymoq; xanthoq;.

Xantippe: nomẽ vrozis querule socratis philosophi.

X Ante E

Xenos: latine hospes siue peregrinus. Xenia hospitalitas: amicitia externorũ.

Xeniũ dici potest munus hospitalitatis. vñ Martialis lib. xiij. in q̃ eiusmodi munera distichis describit: xenia nominauit: q̃ versus ipos pro xenijs mitteret. Omis in hoc gracili xeniorũ turba libello. Cõstabit nummis quattuor empta tibi. Quattuor: est nimiũ? poterit constare duobus. Et faciet lucrũ bibliopola triphon. Hec licet hospitib° ,p munere districha mittas: Si tibi tam rarus q̃ mihi numus erit. Vul° diminu. est Xeniolũ paruũ xeniũ. Apul. Cõmodũ meridies accesserat et mittit mihi xeniola porcũ optimũ z quinq; gallinulas z vini cadũ in etate precioſi.

Xenodochiũ: et xenodociũ: hospitale locus publicus quo peregrini z hospites hospitaliter recipiunt ξενοσ hospes λοχειον receptaculũ quasi hospitũ receptaculũ. Hiero. Xenodochiũ in portu romano situm totus pariter mũdus audiuit.

Xenocrates p.c. nomẽ phi chalcedonũ auditoris platonis qui in academia Speusippo successit: et viginti quinq; annis docuit. Fuit tardus ingenio adeo vt cũ illũ Plato Aristoteli cõpararet alterũ freno: alterũ calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorũ seueritissimus extitit. Ferunt cũ phryne nobile scortũ dedita opera a quibusdã intra eius cellã missa esset: atq; ab eo oranes lecturi partem accepisset: demumq; impecto ope discessisset: dixit se nõ a viro sz a statua venisse. Eius vbis tãta fides adhibebat: vt cũ iniuriati nulli° testimoniũ admitteret: huic soli inturato crederetur. Nunc athenienses aliqñ vendiderunt vt ita in exilio degens frangeret. Obijt secũdo z octogesimo etatis sue anno cũ noctu forte in sartaginem offendisset: fuere z alij hoc noie.

Xenodotus: fuit historicus patria Troeçenus.

Xenodozus q̃si ξειροσ .i. peregrinũ quod et egregiũ denorãs et δωρον donum fuit nomẽ statuarij nulli veterũ celandi arte postponendi.

Xenophanes pe. cor. poeta Colophonius: qui cõtra Homerũ et Hesiodũ Elegias scripsit. Fuit et alter Xenophanes ex Lesbo poeta Iambicus.

Xenophon: nomen phi et ducis insignis atheniensis Socratis discipulus et Platonis emulus fuit. speciosus moratus z omibus gratus. Hic primus oim phorũ scripsit historiã. Exercitum quoq; ex vltimis babylonie finib° per aspera z difficillima itinera incolumem in patriã reduxit. Fuere z alij xenophontes.

Xenophilus pe. cor. nomẽ musici chalcidensis pythagorici: de quo Val. max. biennio minor ẽ gorgias qui centũ z quinq; vixit annis xenophilus chalcidensis pythagoricus sed felicitate nõ inferior. Siquidẽ vt ait Aristoxenus music° omis incõmodi hũani expers sũmo pfectissime doctrine splẽdore extinct° est.

Xerampelline vestes vt inqt Prob° fuerunt ad vsum matronarũ ampellini coloris qui inter coccinũ z muriceũ medius est ξερον: siccũ significat. Itaq; xerampellinus coloris esse credit: quẽ vulgo rosam siccam noiamus. Alij xerampellinas dicũt latine dici Atrobaticas: Hoc est que colorẽ atrũ .i. nigrũ habent.

Xerolophus pe. cor. dici potest siccus tumul° ξηροσ siccus λοφοσ tumulus. Hinc ex lapidib° cõstrui cõsueuerãt principũ tumuli.

Xerolibya: latine sicca libya dicit.

Xerophagiũ: cõmestio siccorũ ciborum.

Xeropbthalmia arida lippitudo: cum nec tument: nec fluunt oculi: sed graueſcunt.

Xeria: emplastra sicca: sicut hygremphlastra vocant liquida emplastra.

Xerxes: latine dr bellator. vnde Artoxerxes magnus bellator: fuit persarũ rex qui ꝓtra athenienses magnũ collegit exercitũ. Tradunt scriptores numerũ copiarũ terrestriũ quas in greciã duxit xerxes fuisse. clxx. myriades .i. decies septies centena millia. Hirias eñ numerus est continẽs decẽ millia. Transiuit eius exercitus p septez dies totidẽq; noctes nullo tẽpore intermisso. Sed nauali prelio a Themistocle grecorũ duce victus rex ipse cum paucis aufugit. Fuit filius darij regis ex Atosa Cyri filia. Hanc historiã Herodotus late scripsit.

X Ante Y

Xylon grece: latine lignum dicit/vnde xylobalsamum lignum balsami.

Xylinum: qđ et xylon dicit .i. qđ vulgares bambacium dicunt. Unde xyline vestes.

Xylocasia: lignum Casie.

Xylophagus pe. cor. vermis qui alb° obesus nigello capite est: ac nascit in ligno z carie lignũ corrodens. In ponto z phrygia comedit: vt auctor est Hiero. contra Ioui. Et quomõ inquit apud nos ficedula et attagen mullus z Scarus in delicijs cõputantur: ita apud illos ξυλοφαγιον comedisse luxuria est.

Xyphis: grece ειφοσ significat ensem. Unde xyphie stelle ex cometarũ genere in mucrones fastigiate.

Xystus a grecis dr porticus ampla latitudine exercitatiõi accõmodata in qua Athlete per hyberna tpa exercent. Hinc xystici dicunt athelete in xystis pugnantes. Sue. in Augu. Nec tamen eo minus aut xysticorũ certatiões aut gladiatorũ pugnas seueritime semp exegit. Xystici etiã dicunt qui xysto ludũt. Significat enim xystos spiculum vel hastile telum: vnde xystophorus latine spiculator. Interdũ xystus sumit ꝓ ambulatione in qua arbuscule sunt in plurimas species effigiate. Plin. Ante crypto porticũ xystus ẽ violis odoratus. Aliter Pli. li. v. epi. Ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusq; buxo. Idẽ. Non tam statuarum z tabularum

plicarum ornatu ędes suas & xystis et nemoribus excoluit. Victr. Latini xysta ambulationes appellant: quas greci paradromidas dicunt. Cicero in Bruto. Cū ambularē in xysto/ & essem ociosus domi. Si vō xyst⁹ adiectiuū est: significat ornatū/tersū/politū.

Xystis: vbs Carie: a qua Xystiani dicti sunt populi: vt scribit Plinius.

Z Littera muta est pro q̄ primitus nōnuq̄ simplex s. vt Sacynthus pro Ζακυνθος: sethus pro ζεθυς. Quādoq̄ duplicatum scribebamus: vt patrisso .p. παΤριζο: pytisso pro πυΤυζω Aliquādo .p. illa d ponebam⁹: vt Adentius pro Dęcentius: ęta etiā sine retecula dimi. apud Plinū in epi. erat locus capax vnius lecti cū sellis duab⁹: qui velis obductis et reductis modo adūcitur cubiculo/modo auferē. Momen qñ tribus e partibus fenestras et ꝓspectus habeat: atq̄ solē multipliciter accipiat: quasi απα Του ζειν: quod est ferucre. Quādo & heliocamin⁹ in ipsa ęta ponit: hoc est vaporariū quoddam solare: nō ad ignis vsum/sed ad solis velut id quod vulgo luminarę dicit: et in paduana gallia Lucerio: vel απρ Του ζην: q̄ ea ꝓmodissime viuat: vt quā delicias & amores suos vocet Cecilius/sicut a cōuersatione victuq̄ dicta. De heliocamino Vlpi. in seruitutib⁹ vrbanis. Si arbor inquit heliocamino vł solario solē adimat: dicendū erit q̄ vmbrā facit in loco cui sol fuit necessari⁹ cōtra seruitutē impositā fieri. De ęta Lāpridi⁹. Indicos odores heliogabalus ad vaporādas ętas sine carbonibus iubebat incendi. De ętecula Pli. Vox ętecula refugit quasi in cubiculū.

Z Ante A

Zacynthos: insula ionū maris parua/cū vrbe eiusdem nomis: a zacyntho Dardani filio in q̄ impauit dicta: cui⁹ incolę zacynthij vocant. De hac Virg. li. iij. Jā medio apparet fluctu nemorosa zacynthos.

Zagr⁹: vt ināt stra. mōs ē q̄ media a babylōia diuidit.

Zacāthei: fuerūt zacynthiorū coloni in medio⁹ pyrenei mōtis siti: & iuxta fluuiū hybernū habitātes.

Zacharias: nomē ꝓphetę ꝓrium.

Zamolsis: teste Herodoto lib. iiij. Histo. fuit Pythagorę seruus: cui Getę (putantes illum Saturnū esse) sacrificia impendebant.

Zancule: Peloponēsi oppidū fuit in regione Messenia: in q̄ ipsa Messene. Fuit & zancle oppidū Sicilię a Messenijs cōdita in pelori sinu: vbi ab oriēte mare me flectit: quā a suo nole dixerūt Messanā. Vnde zāclei messenioꝝ apud Pli. Et zāctea charibdis. Vel a fonte dictā vrbē putāt: vł ab occultata ibi a saturno falce: quā lingua sicula zāclon vocāt: vel a gigāte zancle/vel a loci curuitate. Curua em̄ zanclia vocāt.

Zancleum: sarum in freto siculo dictū: a zancle ꝓpin quo Sicilię oppido.

Z Ante E

Zea: gen⁹ frumēti simile farri: q̄ vulgo spelta dicit. Ex hac fit Alica. Et ęatico hordeaceo ve cibario q̄ sunt principū Equisones: equos alere cōsueuerunt.

Zedozon: dicit terra ęan donans.

Zelo/as. et zelo/r deponens: significat emulo/r. Aug⁹ li. j. Cōfess. Vidi ego & expertus sum ζelantem paruulum: necdū loquebat: et intuebat pallidus amaro cō spectu collactaneū suū. Ponit interdum ζelari ꝓ ira sci: ꝓm illud qō ꝓ ꝓphetā dicit. Indignatione magna ζelatus sum sion. Et ζelare est imitari: vt illud: Nec& ζelaueris facientes iniquitatem.

Zelus: modo inuidiam/modo amorem/modo emulationem significat.

Zelores penul. pd. idem est quod emulo/r. Vnde Simon apostolus dict⁹ est ζelotes/quādoq̄ dicit amato/r. Et sic dns noster appellat: quoniā ita nos amat/vt nolit fornicari post deos alienos.

Zelotypus pe. co/r. ζelato/r seu emulato/r formę. Mā ζηλοσ emulatio est: ζυποσ forma. Qui igit ita amat vt sollicit⁹ sit ne ꝙs amoꝛe suo ꝓfruat/ζelotyp⁹ ē. Jue. Ponere ζelotypo inuenis ḡlat⁹ hiarbe. Zelotypia: egritudo animi ex eo .pueniēs q̄ timeat ne adsit alteri: q̄ cū nemine velis habere cōmune.

Zeno fuit philosophus cithicus ex Cypro grecię ciuitate/Stoicorū sectę conditor: tanto in honore apud Athenienses habitus: vt apud eū claues vrbis deponerent: ornarentq̄ ip̄m aurea corona & imagine erea. Hic adolescēti cuidā inepta multa loquēti ait. Ideo duas habem⁹ aures: os autē vnū scz vt multa audiamus: pauca vō loquamur. Decessit nonagesimo ętatis suę anno/sine morbo. Mā vt ferunt: cuz abiret ex schola: lapidē offendens digituz perfregit: manu vō terram feriens/illud ait: Ex niobe venio: quid me vocas: cōtinuoq̄ se strangulās iterūt. Fuit & alius ζeno Eleates: quē Dialecticę inuentorē fuisse scribit Aristoti. Mu⁹ celebratissima fuit in perseredis cruciatibus patiētia. Qui cū adolescētes nobilissimos cupiditate liberādę patrię inflāmasset cōtra Mearchū tyrānū: facto indicio cōprehensus/traditusq̄ est torturis torquēdus. Qui cū lacerarē/vt cōscios conuratiōis nominaret: neminē illoꝝ nominauit: sed amicos intimosq̄ tyrāni participes cōiurationis esse dixit. Deinde cū quippiā se in aurē tyrāni/loq̄ velle significasset: eā mordic⁹ corepta nō ante dimisit q̄ rapta aure populatū caput reliquisset. Sed cū complices cōiurationis ꝓferre cogerē: concisam dentibus linguā in os tyrāni cōspuit. Quo facto ciues tyrānū lapidauerūt. Fuit & alius ζeno philosophus epicureus Ciceronis synchronos. i. contemporane⁹: de quo idē Cice. lib. j. de fi. meminit & eū cū Attico frequenter audiuisse epicuri sententias explicantē. Fuere et alij ζenones quos nūc prętereo.

Zenobia: fuit mulier quę a Ptolemeis originē ducēs greęis ac latinis litteris ornatissima: necnō & reb⁹ bellicis celeberrima in palmira syrię vrbe regnauit. Hęc cū Saporem persarū regē superasset: tandē ab Aureliano Augusto victa Romā in triumphū ducta fuit. Quę in vrbe summo in honore consenuit: a qua ęnobia familia nūcupata est.

Zephyrus pe. co/r. Fauonius ventus occidētalis: Flat em̄ ab occasu ęquinoctiali aduersus eurū: quasi ζωοποσ vitā ferens: vel q̄ fert quę sunt ad vitā. Eo sane plantę omnes germināt & pullulant.

Zephyriū vō promontorium est.

Zethis fuit fili⁹ Boreę ex orithya/& frater Calais.

Zethus cum h et u. fuit Iouis ex Antiopa filius/et frater Amphionis.

Zeugma atis. latine cōnexio siue adiūctio dicit. Figura cū plures sensus/vno ꝓnectunt verbo/qō trib⁹ modis fit. Aut ꝓpositō verbo ad qō reliqua respiciant: vt Vicit pudorē libido/timorē audacia/rationē amētia. Aut verbo postpositō: vt Mecū is es Catilina/vt te aut pudor a turpitudine/aut met⁹ a periculo/aut ratio a furore reuocarit. Aut in medio sensū positō verbo: vt Troiugena interpres diuum &c. Eneid. iij.

Zeusis: latine iugatio dicitur. Quo nomine appellat⁹ est clarissim⁹ pictor: Mera cleotes: qui in certamen picturę cum Parrhasio descendit. Fertur hic pinxisse puerū vuas ferētē: ad quas cū aduolassent aues: iratus est mira ingenuitate operi suo/& dixit. Quas meliuspinxi q̄ puez. Mā si hunc consummassem/aues

timere debuerāt. Hic etiā pinxit Helenę simulachꝝ.
Zeuxo: fuit (teste Hesiodo) vna ex nymphis/filia Oceani et Tethyos.

Z Ante I

Zigena: nomen piscis maritimi: vt est apud Ambro. Quid gladios loquar aut çigenas.
Zigaꝝ: ea terra ferť ex q̄ populi exierint q̄ nostra ętate cū liberis ⁊ vxoribus europā ꝑuagant̄ çigari appellati insignes fures/et sine tecto viuentes.
Zinçiber: radix. Et apud nos immutatis litteris dicimus Gençiber.
Ziph: nomen vici a quo çiphei dicti sunt: de quibus i libro. ij. Reg. fit mentio.
Ziçania nię. ⁊ çiçanium çiçanij: quid significet: Ambro. libro Hexa. declarat dicens. Loliū ⁊ reliqua adulterina semina quę frugibus sępe miscent̄ çiçania nuncupari/euāgelij lectione cognouim⁹: sed ea ꝓpriū quoddā genus habēt: nā ex tritici semine i aliud gen⁹ seminis decolora mutatione trāslata degenerē traxere naturā. Hoc docet dn̄s dicēs: Uenit inimic⁹ ⁊ sup̄semi nauit çiçania inter triticū.
Ziçiphus pe. cor. gen⁹ arboris/quā nostrates çibebos vocāt: çiçipha fructus dicunt̄. Pli. lib. xv. Aeque peregrina sūt çiçipha et tuberes quę ipsa nō pridē venere in Italiā. Hęc ex Aphrica: illa ex Syria.

Z Ante O

Zodiac⁹ pe. cor. dici pōt aīalis: ab effigie aīaliū: Nam circulus est in quo. xij. signa sunt in formā aīalis figurat⁹: vt Aries/taurus. Gręce em̄ Jωα aīalia dicūtur çographia/aīalis pictura. Alexan. aūt aphrodise⁹ dixit galaxiā circulū realē esse in cęlo: ⁊ subdit in cōmētarijs meteorologicorum Aristotelis ισορειδε των μεν καλουμενων πυθαγορειων τινασ γαλαξιαν ολον λεγειν ειναι των κυκλον του τον και ηλιον προτερον του τον φερεσθαι.
Zographos: pictor animaliū. Zographia: pictura.
Zona: cingulum quo cingimur. Mar. Lōga satis nūc sum: dulci sed pondere venter Si tumeat: fiam tum tibi çona breuis. Hęc ⁊ Loꝝ dicit̄ et baltheus: q̄uis baltheus sit etiā a quo arma dependent: et Cinctus et Cingulum a cingendo.
Zopyrus penul. corre. physionomista dictus est/ q̄ ꝓfiteretur hominum mores naturasq̄ ex corpore/oculis/ vultu/fronte se posse pernoscere. Qui cū turpia quędā et a v̄tute aliena de Socrate dixisset: ac a multis iccirco derideret̄. Non errat (Socrates respondit) Zopyrus. Huiusmodi em̄ natura essem/nisi naturam philosophia superasset. Fuit et alius Zopyrus: de quo dicere solebat Dari⁹: se çopyrū malle integrum/q̄ viginti capere babylonas: çopyri em̄ astu babylone potitus erat Darius.
Zopissa: apud Pli. viuam picem significat. Uel çopissa pix quę et nauibus traditur/ admixta cera et marino sale macerata: multo ad om̄ia efficacior q̄ alię pices. Sed ꝓprie resina ex pinu: q̄uis Diascorides addit alia etiam significata cum ait: Jωπισσαν δε οιμεν ει πον την εκτων πλοιων ξυομενην ρητινην μετατου κηρου καλου μενην ῥπεριων αποχυμα ουσαν διαχυτικην διατοεν τηθαλασση βρεχεοσ θαι οιδετην πιτυνην ρητινην ου τωσων ομασαν.
Zoroanda: lacus quem efficit Tygris fluuius ab vno latere tauri montis.

Z Ante Y

Zyme: fermenta: çymes: panis fermentatus. Açymus a. um. sine fermento.
Zythus quid sit nemo potest dubitare ex v̄bis suidas nostri: q̄ ita scribit (etiā Diascorides tractat) Jυθοσ οιρεσαπο κριθησ γινομενοσ.

¶ Præsens latium ad Argiuos se protendens/vocabulorum fontale volumē: venerabilis atq̄ perdocti patris: fratris Ambrosij Calepini Bergamatis: ordinis æremitarum sancti Augustini professi: Nuper duodecimo Kalendas Martias. Salutis anno Millesimo quingentesimo duodecimo: Basiliorum urbe: per honestū Adam Petri de Langēdorff: Studio & accuratione: calcographaq̄ industria cōsummatū: atq̄ iustissima castigatū lima. Impensis prouidi viri Leonardi alantsee/ciuitatis wiennensis accolā/bibliopolāq̄. Cuius ubertatis sit: quantūq̄ cōmuni studiosoꝝ utilitati conferat: hi iudicent qui dictionum interpretationes ex aliorum codicibus pernouerint. Si quem iuuat Nonium/Marcellum/Festū/Pompeium/Pedianū/Seruium/Donatum/Varronem: cæterosq̄ illustres Dictionarios: in hoc unico reperiet coactos volumine. Et si aliorum errata grammaticoꝝ castigare cupieris: præsens uti tutum perquire asilum. Laus deo omnipotenti.

18. Febr

Pręsentis chartas operis si colligere optas:
Aspice principium: litterulasq; suas.

a
Primum vacat
Ambrosij calepini
iiij. pro violēter
odor quidē eius
no. Vide in Sono

b
est q̄ acta
mine seu ianua
niatur declinatū
⁊ p̄uatas ꝓcurarēt
Aenęas penultima

c
Antiqui em̄
eosq; subacta
Alica penul.
nus a Genua
sine/et μαξοσ

d
agro Nolano
Anniuersarius a.
Anteuenio/p̄uenio
sos thanaim
varię fuerunt

e
mēdacijs auditores
dine: cui⁹
tius dicitur
tate: quā condidit
tisq; pręstes

f
Auiarius: qui curā
bijs ex parte viri
bantur per dolum.
Barbo gen⁹ piscis
Beelphegor inter

g
Bruc⁹ αβροῦχοσ
Bullatus a.um.
Qñq; caducus
mentata cum ait:
castrensis fit

h
padocia a cappado
esse capitis
dicimus Careo
Chartallū Canistꝝ
conuexa

i
fecisse aliquē
custodia φυλᾶσσ
Chrisocolā aurifi
Ciner et cinis
qui serpentes

k
essent ex eodem
Collecticius a.um.
est: quo cū populo
Cōmoueo es.
Cice. ꝓ Roscio

l
in Phormi. Adeon
Cōtagiū ⁊ cōtagio
bernij. Vñ accipit̄
cognominatos esse
nois filia/quę

m
Culex generali
tū est. Tereñ.
et de nauigāte
carent κυλλοι
incipit: vt ascendo

n
desciscere. Hiero.
Plau. in Am.
athenarum rex
grauiore adulterij
gatq; seipsum

o
diffidendū est.
Dimulgo as.
Dissecatus a.um.
Dissero is. penul.
Diuinus a.um.

p
aliquid repentinū
terdum Eleuare
arida et frigida
Emansor dicit̄
causto pinxit:

q
Erumna. Vide in
gratitudo et
Euterpe fuit vna
indipisces: neq;
Inde inexhaustus

r
pręsentibus opta
ceo cum aqua
Fauni agrorum
Boues perferi
festinato deponen

s
Inde infęcunditas
litorium in quo
sine timore. Aug.
Fraudulosus qui
et fructiferę arbo

t
Ganeōes: eluones
componuntur
genitiuus dicit̄
tribus modis
decreuere/vt

v
virgo generarit
bitare et ancipitem
Harpago as. pe.
versa est: arcas
species sub se

x
hospes q̄si
pebāt hyali
Hypodidascalus
Jāta fuit nympha
pro etiā. Cice.

y
Virg. Ast ego
bis i sco termiatis
semp̄ primę
extructus est
lescentia Ineunte

z
de ora. Sed qm̄
quę intereūt
terrigo bis die
augēs inuisum
Ischomache pe.

A
sortitur. Nam
phrygio/aurifex
beçare. Colu. lib.
cruorē. Interdū
e cęlo in eā insulā

B
uentq; dentibus
Liris fluuius
ro non pōt Plau.
mustum acinis
Lucto as. apud

C
ctor. Justi. lib.
nunt̄. Sed ⁊
a manus humanę
Cuius gesta ⁊
Mastigophorus

D
Men⁹: Germanię
qua ⁊ tota insula
vel animus auriū
Minę arum.
ctis ędibus

E
magis exhausto
nicipes arpinates
Unde dicuntur
Myrmecides
pit templi non

F
leuaq; diuisus
dum. Interdū
na nota. i. cara
Nugor aris. vana
duos medius est

G
Occulto tas.
optime olet.
Ogdolapis: fluui⁹
fluuiū multus
Opisthographus

H
O Ante V
discessit: a quo
et vltima breui
runt. Euse. Agon
verbi miror: vt

I
orti sumus patria
leri ꝓpius. Quinti.
de Strabo. Fama
deo ⁊ suspendeo
ui dei. Qui nec

K
Peruius a.um.
tamq; machinam
Philosophia
Unde Lucil.
Pigreo es. piger

L
tectis aqua
in Sti. Ut decimā
nere. Mar. Molo
est extra porrigo
cut alia cōposita

M
in phor. Animo
serūt pręterq̄ q̄
bere videtur qui
ꝓpudiū. Negatur
tragici prodiderūt

N
litterꝫ amātissimis
ramo detrahat
Pullulasco is.
teire. i. signatū
priorē illū generis

O
desunt verba in
mensam: omnis
Rauenna vrbs in
cat ad mentem seu
Refragor penul.

P
suū dirigit.
ringit̄ ociosa
oppido campanię
Hinc Ruinosus a.
Sacres porci

Q
tationum libidines
in Cęsa. Sceua
Schisma tis. latine
mentū Scipionum
lib. vj. Igit̄

R
Iuue. Pone seram
Ut in extremis
Sicilic⁹ scrupulos
visuri mutuo
trione parte

S
Sordido as. sordi
siue pro ocularijs
satiui radice: vt
docentium. Iuue.
quādoq; ponitur

T
ait stantem mori
liari ꝓcurandoq;
sulco. Proprie v̄o
super terram sed
Suppetię ⁊ suppeti

V
legitur. Hāc quidā
inferorum facti
est iuxta tempero
flexus alter semp̄
Terribile formida

X
⁊ timeo ne
Tolutarius siue
scribit disenteriam
ptijs protrahat
res Plau.

Y
fines macra ⁊
carnifex: ⁊ lubens
sunt in bello.
manibus ꝓcutiēdo
Venenosus a.um.

Z
Item ꝓ pęnis ⁊
vix vlla cultura
bis viuere amicum
Vitabundus idē
Umbria regio
volo/pręuolo
τελοσ.

M. IV.

Sum ex libris Henrici Grambardt.

Versiculum.

Henricus donec vitali uescitur aura
Grambardt, possessor codicis ~~erit~~ hujus erit.





UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN